Materialis suppositio plures continet diuisiones. Quaz pma est ista Suppositionū mālū: alia discreta: alia cōis. Suppositio materialis discreta ē acceptio termini materialiter supponētis cū pnoie demonstratiuo: vt B hō est spēs: iste termin⁹ aial ē gen⁹. Suppō mālis cōis est acceptio termini mālit supponētis sine pnoie demōstratiuo vt hō est noiatiū casus: petr⁹ ē nomē ppriū: vñ li petr⁹ psonal'r sūptū ē tmi⁹ discret⁹ ⁊ nomē ppriū: sz mālit ē tmin⁹ cōis pdicabil' de plurib⁹: videlicet de isto termino petrus in mente ⁊ de isto in scripto: ⁊ de isto i voce. Similiter dicēdo: tu ē pnomē demōstratiuū: subiectuz hui⁹ nō ē pnomē: sz nomē ideclinabiliter sumptū hūs sil'r plura supposita. ¶ Secda diuisio ē ista: Suppōnū mālū cōium: alia determinata alia ꝓfusa. Suppō mālis determinata ē acceptio termini mālit supponētis: sub quo ꝓtingit descēdere ad oīa eius supposita disiūctiue: vt hō ē termin⁹ cōis: ⁊ isti sunt oēs termini hō: ergo B homo ē terminus cōis: vel hoc hō ē termin⁹ cōmunis: ⁊ sic de singulis. ¶ Ex quo sequitur q̄ ista propositio ē vera: homo nō ē nominatiui casus: sicut ista homo ē nominatiui casus: quia sunt due indifinite subcōtrarie in quarum pma verificatur subiectum pro isto termino homo qui est datiui vel accusatiui casus: vel materialiter sūpto: ⁊ in alia pro simili qui est nominatiui casus. Et ita conceditur q̄ amo est verbū: ⁊ q̄ amo non est verbum: legens est participiū ⁊ legens non est participiuz: tu est pnomen demonstratiuum: ⁊ tu non est pnomen demonstratiuū: nec sunt iste cōtradictorie sed subcontradictorie: ideo nō cōcedo q̄ amo est verbum ⁊ nullū amo ē verbum: tu est pronomen ⁊ nullū tu ē pnomē quia contradictorie. ¶ Suppositio materialis confusa est acceptio termini materialiter cōmuniter supponentis sub quo nō contingit descendere ad omnia sua supposita disiunctiue: vt tm̄ homo est nomen: ⁊ isti sūt omnes termini homo: ergo tm̄ homo est nomen: vel sic de singulis: in casu antecedens ē verum ⁊ consequēs est falsum. ¶ Tertia diuisio ē ista. ¶ Suppositionum materialiū confusarum: quedam est cōfusa tm̄: ⁊ quedam cōfusa distributiua. ¶ Quarta diuisio ē ista: suppōnū mālū ꝓfusaz tm̄: q̄dā ē mobilis: q̄dā ēmobilis. ¶ Suppositio mālis ꝓfusa tm̄ mobilis est accceptio termini mālit supponētis: sub quo ꝓtingit descēdere ad oīa sua supposita disiūctim: vt tm̄ hō ē nomē: ⁊ hec sunt oīa li hō: q̄ tm̄ hoc hō vel hoc hō: ⁊ sic de singulis est nomen.

determinata

disiunctiue

confusa

ꝓtrib

ut tm̄ ho ē nom

ꝓfusa tm̄ mobilis

disiunctim/ ꝓtrib

ut tm̄ ho ē nomē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

¶ Suppō materialis ꝓfusa tm̄ ĩmobilis est acceptio termini mãliter cõiter supponentis sub quo nõ cõtingit descẽdere: sed si cõtigerit descẽdere: descẽderet disiũcti vt necĕrio homo est spẽs li hõ stat ꝓfuse tm̄ ĩmobiliter q̃ nõ licet descẽdere. vnde nõ seqtur necĕrio hõ est spẽs. ⁊ isti sũt oẽs termini hõ: q̃ necĕrio: h̄ hõ vel h̄ hõ: ⁊ sic de singulis est spẽs. aĩs. n. est vex ⁊ ꝓsequẽs falsũ tm̄ si ꝓtigeret descẽdere descẽderet mõdicto. ¶ Quĩta dio ẽ ista: Suppõnũ materialiũ distributiuaꝝ quedã est mobilis ⁊ quedã ĩmobilis. Suppositio materialis distributiua mobilis est acceptio termini materialiter supponẽtis sub quo contingit descẽdere ad oia sua supposita copulatiue: vt omne hõ est ĩnus ⁊ isti sũt oẽs termini homo: ergo h̄ homo est terminus: ⁊ hoc homo est terminus: ⁊ sic de singulis. ¶ Suppositio mãlis distributiua immobilis est acceptio ĩni materialiter cõiter supponẽtis sub q̃ nõ ꝓtingit descẽdere: sed si ꝓtingeret: descẽderet copulatiue vt necessario omne hõ est spẽs: li hõ stat materialiter distributiue ĩmobil: q̃ nõ ꝗ descẽdere cũ nõ seqt̃ necessario oẽ hõ spẽs: ⁊ isti sũt oẽs termini hõ: q̃ necessario h̄ hõ est spẽs ⁊ necĕrio h̄ hõ est spẽs: ⁊ sic de singulis. aĩs eni est vex ⁊ ꝓs falsum. Verũtã si ꝓtingeret descẽdere descẽderet illo mõ. ¶ Propter ꝑdicta est notãdũ q̃ ista ꝗũctio ⁊: aliq̃ tenet copulati: ⁊ aliq̃ copulatiue. copulati tenet: q̃ copulat termios vt sor. ⁊ plato currũt. tenet copulatiue q̃ ꝗũgit ꝑpões: vt sor. currit ⁊ plato mouet. Consil̃r nota disiũctiõis aliq̃ tenet disiũcti: aliq̃ disiũctiue. tenet disiũcti q̃ disiũgit ĩnos vt sor. vel plato currit. ⁊ tenet distũctiue: q̃ disiũgit ꝑpões: vt deꝰ ẽ vl hõ ẽ asinus

Onseqnter sequit̃ diuisiões ponet̃ suppõnis ꝑsonalis matiaꝝ ꝓcernẽs Quaꝝ ꝑma est ista. Suppõnũ personalium alia discreta: alia cõis. Suppõ ꝑsonalis discreta est acceptio termini singularis vel cõis cũ ꝑnoie demõstratiuo singularis numeri ꝑsonaliter supponẽtis: vt sor. currit: ille hõ disputat. ¶ Et ista diffinitiõe sequit̃ ista regula: q̃ oĩs ĩnnus discretus vel communis cum ꝑnomĩe demonstratiuo singularis numeri exs̃ ꝑs ꝓpositionis: discete supponit: siue precesserit signum distributiuum siue non. vnde ita stat discrete li tu in ista: nullus asinꝰ es tu sicut in ista: tu es homo. ¶ Suppositio ꝑsonalis communis est acceptio termini communis personaliter supponẽtis sine ꝑnoie demõstratiuo singularis nũeri vt homo currit. ¶ Secũda diuisio est ista Suppositionũ ꝑsonaliũ cõmunũ: quedã ẽ determinata: ⁊ quedã ꝓfusa Suppositio ꝑsonalis determiata est acceptio termini ꝑsonaliter supponẽtis sub quo ꝓtingit descẽdere ad oia eius singularia disiũctiue: vt homo currit: ⁊ isti sunt oẽs homes. ergo iste homo currit. vel iste homo currit ⁊ sic de singulis. ¶ Iuxta quã suppositionẽ sit hec Prima regula Cuiuslibꝫ particularis vel indefinite subiectũ supponit determinate: tam affirmatiue q̃ negatiue. tam in suppositione materiali q̃ personali.

¶ Secunda Regula est ista: Omnis terminus communis quem nullum signum precedit: nisi signuꝫ particulare: supponit determinate. vnde huius ꝓpositiõis homo est animal tam subiectum q̃ predicatum supponit determinate: ⁊ si alicui istorum adderetur signum particulare: non ꝓpter hoc impediret suppositio ista.

¶ Suppositio ꝓfusa est acceptio termini ꝓmunis personaliter supponẽtis sub quo non ꝓtingit descendere disiunctiue: vt tm̄ homo est risibilis. li homo stat confuse: et non debet disiunctiue descẽdi: vt patebit ¶ Tertia diuisio est ista: Suppositionũ ꝑsonalium confusarum: quedã est confusa tantum: ⁊ quedam confusa distributiua. ¶ Quarta diuisio est ista. Suppositionũ ꝑsonaliũ confusarũ tm̄: quedã est mobilis ⁊ quedam immobilis. Suppositio personalis confusa tantum mobilis est acceptio termini personaliter supponẽtis sub quo cõtingit descẽdere ad omnia sua supposita disiunctĩ: vt omnis homo est animal: et hec sunt omnia animalia. ergo omnis hõ est hoc aĩal: vel hoc animal. ⁊ sic de singul̃ ¶ Iuxta quam suppositionẽ sit hec ꝑma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

regula. Cuiuslibet vlis affirmatiue ꝑdicatū si fuerit terminꝰ cōis: deducto oi impediméto stat ꝓfuse tm̃ mobiliter: vt oīs hō est aīal: li aīal stat ꝓfuse tm̃. Mobilit dico si fuerit terminꝰ cōis: qz si foret terminꝰ discretus staret discrete. Dico ét sine ipediméto ad excludēdū aliā figurāvñ dicēdo oīs hō oē aīal est. li aīal est ꝑdicatū vlis affirmatiue ⁊ terminꝰ cōis ⁊ tm̃ nō stat ꝓfuse tm̃ sed distributīe: vt patebit. ¶ Scēda regula Cuiuslibet exclusiue ꝑmi ordinis cuius nota exclusiōis non negat subiectū si fuerit terminꝰ cōis deducto oi alio ipedimento stat ꝓfuse tm̃ mobilit: vt tm̃ hō currit: tm̃ hō non currit: vtrobiqz supponit li hō ꝓfuse tm̃ mobiliter. ¶ Suppō psonal ꝓfusa tm̃ imobilit est acceptio termini: cōis psonaliter cōiter supponētis sub quo non ꝓtigit descēdere. Iz si ꝓtingeret descēdere descēderet disiuncti: vt nēcio hō est aīal. supponit li hō isto mō: qz cū nullo debito medio seqtur: g̃ nēcio ille hō vel illa hō ⁊ sic de singulis est aīal qz aūs est vez ⁊ ꝓns falsum: tm̃ si ꝓtigeret descēdere descēdere tur illo mō. Nunc suppōni ānectunt̃ regule ¶ Ꝑma est ista Cuiuslibet ꝓditiōalis affirmatiue de terminis cōibus ōducto impediméto alteriꝰ signi: qlibet illoz supponit ꝓfuse tm̃ imobiliter: vt si hō est: aīal est tam li hō q̃z li aīal stat ꝓfuse tm̃ imobiliter ¶ Scēda rla cuiuslibz reduplicatiue affirmatiue ꝑdicatū si fuerit capax ꝓfusiōis ⁊ uō habuerit aliūde ipedimentū stat ꝓfuse tm̃ imobiliter: vt soz. inquātū hō est aīal: li aīal stat illo mō. ¶ Tertia rla Cuiuslibz modalis in sensu cōposito hñtis terminū cōez nō distributū suppōit iste terminꝰ cōfuse tm̃ imobilit: vt necessario hō est aīal Impossibile est hoiez nō esse: qz nō lz descendere vt pz. ¶ Quinta diuisio est ista. ¶ Suppōnū psonaliū distributiuaz q̃dā est mobilis ⁊ q̃daz imobil. ¶ Suppositio psonalis distributiua mobilis est acceptio termini psonalī supponētis sub q̃ ꝓtingit descēdere ad oīa sua supposita copulatiue vt oīs hō currit: ⁊ isti sūt oēs hoies: ergo iste hō currit ⁊ ista hō currit ⁊ sic de singulis: qz cōcludit q̃ li hō stat cōfuse distributiue mobilit. Isti suppōi sunt annexe iste regule. ¶ Ꝑma ē ista: cuiuslibet ꝓpositōis vlis affirmatiue subiectū stat cōfuse distributiue mobiliter: vt oīs hō currit: qlibet hō disputat: quodlibet aīal mouet: tam li homo q̃z li aīal stat distributiue mobilit. ¶ Scēda regula. Cuiuslibz vlis negatiue de cōsueto mō loquēdi tā subm q̃z ꝑdicatū: si fuerit terminꝰ cōis nō ipeditꝰ supponit ꝓfuse distributiue mobilit: vt nullus hō est asinus: tam li hō q̃z li asinus stat cōfuse distributiue mobiliter. Dico de ꝓsueto mō loquēdi: qz huiusmōi vlis negatie Oīs hō aīal nō est nō stat li aīal q̃ est ꝑdicatū distributiue: sed ꝓfuse tm̃. ¶ Tertia regula. Cuiuslibz ꝑticularis vel idefinite aut singularis negatiue de ꝓsueto mō loquēdi ꝑdicatū si fuerit terminꝰ cōis deducto ipediméto alteriꝰ signi stat ꝓfuse ōstributiue mobiliter: vt aliqs hō nō est asinꝰ aīal nō est lapis: soz. non est capz. In his oībus ꝑdicata stāt ꝓfuse distributiue mobiliter. Adueniēte tm̃ ipediméto alterius signi non sic starēt. Unde dicēdo soz. nō est oīs hō non supponit li hō ꝓfuse distributiue: sed determinate vt oīdē. ¶ Quarta regula. Cuiuslibet exclusiue affirmatiue ꝑmi ordinis ꝑdicatū si fuerit terminꝰ cōis deducto ipediméto alteriꝰ signi suppont: ꝓfuse distributiuem obiliter: vt tm̃ aīal ē hō: li hō supponit illo mō. ¶ Suppō psonalis distributiua imobilis ē acceptio termini cōis: psonaliter supponētis: sub quo uō ꝓtingit descēdere: sed si ꝓtigeret: descēderet copolatiue: vt necessario: oīs hō ē aīal: li hō sic supponit: qm̃ nō seqtur cum debito medio. g̃ necessario ille hō est aīal. ⁊ sic de singulis: qz aūs ē vez et ꝓns ē falsum. ¶ Iuxta suppositionez istā sit ꝑma hec regula. Cuiuslibz ꝓditiōalis de termino distributo supponit t̃miñ cōfuse distributiue imobiliter in ordine ad totaz ꝓditionalē: vt si oē aīal currit: oīs homo currit: tā li hō q̃z li aīal stat distributiue imobiliter qz nō lz descēdere. ⁊ hoc in ordine ad totā ꝓditionalē. ¶ Scēda regula Cuiuslibz exceptiue ꝓpie tā affirmatiue q̃z negatiue illō a q̃ fit exceptio stat ꝓfuse distri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

Tertia rla

butiue:mobiliter:vt oīs hō p:eter so:.cur
rit.Nullū aīal ꝑter hoīez est rōnale: tam
li hō q̃z li aīal stat distributiue īmobiliter
q: nō licet descendere. ¶Tertia regula:
Cuiuslibz modalis i sensu cōposito hūtis
terminū distributū supponit termin⁹ ille
cōfuse distributiue īmobiliter:vt necessa-
rio oīs hō est aīal:oēz hominē esse aīal est
scitū a me: q: nō licet descēdere: vez tū si
aliqñ posit descēdi: hoc erit gr̃a materie
q: forte oppositū ꝓñtis repugnabit añti.
Pro maiori euidentia dictoꝝ ponē-
de sunt aliq̃ regule terminoꝝ vz cō
fundendi hūtū quaꝝ ꝑma est ista:
Omne signū vl̃e affirmatiuū terminuz se-
quentē se īmediate ꝓfundit ꝓfuse distribu
tiue mobilr: ⁊ mediate sequentē si fuerit
termin⁹ capax siue ꝓfusiōis cōfundit ꝓfuse
tñ:silr deducto īpedimēto alterius signi
vt oīs hō est aīal: aut oīs hō aīal non est:
vtrobiqz supponit li hō distributiue:et li
aīal ꝓfuse tñ Et notāter dī si fuerit capax
ꝓfusionis:ꝑmo ꝑpt terminos singulares
q nō pñt cōtrr supponere.Secō ꝑpter ta
les ꝑpōnes:videz oēz hominē est aīal. asi
nus cuiuslibz hoīs currit:nec li aīal nec li
currēs ꝓfundit: q: nō gradit virtus signi
vsqz ad ꝑdicatū exquo est pars subiecti.
¶Dicit secō deducto īpedimēto alteri⁹
signi q: in ista ꝑpositiōe nō oīs hō est aīal
non supponit li homo distributiue sed de
terminate ꝑ vnā regulā ꝑtinentē ad hac
materiā:vz qcqd mobilitat immobilitatū
immobilitat mobilitatū:idest quolibet si-
gnum habēs vim distribuendi aliquē ter
minū si ipsuz repperit nō destributū facit
ipsum stare distributiue:⁊ si ipsū repperit
distributū facit eum stare non distributi-
ue.i. determinate vel confuse tñ. Exem-
plum:p:imi subiectū huius: homo currit
stat non distributiue iō adueniente signo
vniuersali stabit distributiue:dicendo oīs
homo currit.Et q: iaz stat distributiue iō
adueniēte alio signo ꝓgrue stabit non di-
stributiue vz nō oīs hō currit. ¶Itē no-
tādū q̃ si duo signa affirmatiua cadūt su-
p eūdē terminū faciūt illū stare determīa
te:vt tu differs ab oī hoīe.Et si vnū fuerit
affirmatiuū:⁊ reliquū negatiuū iterū faci
unt ipsuz stare determinate: vt tu non dif
fers ab hoīe:nō qlibz hō currit etiā si am
bo sunt negatiua ⁊ īmediate cadāt sup eū
dem faciunt illum stare determinate: vt
non nullus hō currit. Si aūt mediate ca-
dant ita q̃ mediet terminus distributus
faciūt illum stare ꝓfuse tñ:nullus hō non
currit:pz q̃ li currēs stat cōfuse tñ:q: illa
ꝑpō equalet isti qlz hō currit vbi li currēs
stat ꝓfuse tñ. Silr dicēdo:nō aliqs hō nō
est aīal:Supponit li aīal ꝓfuse tñ: vt pz p
suā equalentez:qlibz hō est aīal vbi li aīal
stat cōfuse tñ. ¶Secūda regula est ista:
Omnia signa negatiua nō īpedita cōfun-
dunt ꝓfuse distributiue mobiliter tam ter
minū sequentē mediate q̃z īmediate dum
modo fuerit capax siue cōfusionis.vbi gr̃a
non homo currit:nullus homo disputat:
tā subiectū q̃z ꝑdicatū stat ꝓfuse distribu-
tiue mobilr.Sed in ista afin⁹ nullus hōis
est aīal:li aīal nō stat distributiue q: nō ca
pit ꝓfusionē a signo: ꝑpter limitationē fa-
ctam a subiecto cuius est ps. ¶Tertia re
gula est ista:Oīs cōparatiu⁹ gradus ⁊ sup
latiu⁹:vt ita sicut ⁊ q̃z differt aliud:⁊ non
idem ⁊ illa verba careo ⁊ īdigeo ꝓfundūt
distributiue mobilr terminū sequentē im
mediate capacē istius ꝓfusionis: ⁊ oī alio
īpedimēto ōductovt tu es fortio: hoīe:tu
es fortissim⁹ hoīm:tu es ita fortis sicut ali-
qs hō:tu dīs ab hoīe: tu es aliud ab hoīe
vel nō idē hōi: ego careo vel indigeo pe-
cunia:in oīb⁹ istis stat distributiue mobilr
termin⁹ sequēs signa notata. ¶Sed no-
tandū est q̃ cōparatiu⁹ gradus ꝓfundit ꝓfu
se distributiue mobilr terminū a se rectū
ex nā cōpatiōis.Ablatiuū aūt rectū ex na
tura excessus ꝓfundit ꝓfuse tñ:vt ego sum
maior te longitudine vnius brachij: sup-
ponit li lōgitudine ꝓfuse tñ.Item nullus
horum terminorū confundit distributiue
nisi terminū a se rectū a parte post: vnde
dicendo: homine est fortio: equus:vel ab
hoīe differt asinus:nō supponit li equus
nec li asinus distributiue sed solū determi
nate. ¶Quarta regula. Dictio exclusiua
ꝓfundit ꝓfuse tñ mobiliter terminū cōez

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

īmediate sequentē se ⁊ mediate sequētem cōfuse distributiue mobiliter: vt tūc hō est aīal: li hō supponit ꝓfuse tūc mobiliter: ⁊ li aīal distributiue sicr. ¶ Quinta regula: Dictio exceptiua ꝓfundit suū casuale: si ē termin⁹ cōis ꝓfuse tūc mobiliter: vt nullus aīal pēter hominē currit. Omne aīal ꝑter hominē currit. li hominē stat ꝓfuse tūc mobiliter. ¶ Sexta regula Dictio reduplicatiua, suū casuale ꝓfundit ꝓfuse tūc mobilit ⁊ predicatū cōfuse tūc īmobiliter: vt ꝓ quantū hō est aīal. li hō stat cōfuse tūc mobiliter: ⁊ li aīal īmobiliter: q: sub primo cōtingit disiunctim descēdere: ⁊ nō sub secūdo. ¶ Septima regula: Termini concernentes actū mētis: vt scire: credere: dubitare: ⁊ hmōi ꝓfundūt confuse tūc mobilit. Exēplū: Ego scio aliquā ꝓpōnē. li ꝓpōnē ꝓfundit ꝓfuse tūc mobiliter: q: bene sequit Ego scio aliquā ꝓpositionē: ⁊ ille sunt oēs propositiones: ergo scio illam vel illam: vl sic de singulis. ¶ Octaua regula: Omnia aduerbia numeralia: vt bis: ter: quater: ⁊ huiusmodi ꝓfundūt ꝓfuse tūc mobilit terminū sequentē se: vt bis comedi panē: ter potasti vinū: supponit li pane ⁊ li vinū confuse tūc mobiliter. Nam sicut illa vice ⁊ illa vice cū interruptione tpis comedi panē ita illū vel illū panē. ¶ Nona regula: Termini modales nominaliter ⁊ aduerbialit sumpti in sensu cōposito ꝓfundūt ꝓfuse tūc īmobiliter oēs terminos cōes nō distributos vel sequantē vel precedant: vt necessario hō est aīal: ⁊ hominē cē aīal est necessariū. ¶ Decima regula: Ista verba incipit ⁊ desinit ꝓfundūt terminū sequentē cōmunē nō distributū confuse tūc ~~mobiliter~~: ⁊ li īmediate in eis inclusū mobiliter: vt tu incipis vel desinis scire aliquā propositionē li propositionē stat ꝓfuse tūc īmobiliter: q: nō licet descēdere: ⁊ li propositionē in ista: īmediate ante hoc scuisti aliquā ꝓpōnē: stat ꝓfuse tūc mobiliter. sed hec clare intelligenē viso tractatu de ꝓbationibus terminoꝝ. ¶ Undecima regula Ista ūba: pmitto: debeo: obligo: ꝓfundūt ꝓfuse tūc īmobiliter: vt pmitto tibi denariū: li denariuꝝ stat īmobiliter: quia non licet descendere.

¶ Duodecima regula est ista: nota conditionis ⁊ rationis omnes suos terminos cōmunes non distributos confundunt confuse tūc īmobiliter: ⁊ hoc in ordine ad hypoteticam: vt si homo est: animal ē: homo currit: ergo animal currit. ¶ Notandum primo: q licꝫ nullus terminus distributiuus habeat vim supra terminū precedentem: tamē bene habet vim supra illum terminus ~~ꝓfuse~~ confuse tūc: nō tamen quilibet: sed solum ille qui indifferenter ante ⁊ post se determinat compositionem verbalē. vnde illi termini omnis: nullus: ⁊ huiusmodi non confundunt aliquem terminum precedentem: quia in qualibet istarum: aliquis homo omne animal est: aliqs homo nullus animal est. supponit li homo determinate. Similiter nec ista verba: incipit vel desinit: vel promitto: quia dicendo homo incipit ē: aut ~~promitto~~ denariū tam li homo q̃z li denariū stat determinate. Sed dicēdo: hominē ē animal est scitū a me: aut hominē nō ē est impossibile: vl hō est aīal necessario: supponūt oēs illi termini cōes ꝓfuse tūc: licꝫ precedāt. ⁊ hō ideo quia illi termini facientes sensum compositū vel diuisum ita determināt cōpositionē ante se sicut post se. ⁊ ita ꝓsequēter dicatur, de nota rationis ⁊ conditionis q ꝓfundunt ante se. ¶ Secundo notandū: q terminus habēs solū vim cōfundendi cōfuse tūc non impedit distributionē terminī: licꝫ interdū impediat eius descensum. Verbi grā: dicēdo oīs homo est animal: li homo stat distributiue. ⁊ ita stat dicendo necessario oīs hō est aīal. sed est differētia: quia ī prima stat mobiliter: ⁊ in secūda īmobilit propter aduentuꝫ termini modalis. Dico igit q oēs termini habētes solā vim ꝓfundendi terminū īmobiliter impedūt descēsum: ⁊ ita īmobilitant. Sed alij habentes solam vim confundendi confuse tūc mobiliter non impedunt descensum: ⁊ ita non īmobilitāt. vnde sequitur: Scio omnē propositionē: ⁊ iste sunt omnes propositiones ergo scio istam ⁊ scio istā: ⁊ sic de singulis. ¶ Tertio est notādū: q si duo signa distributiua cadūt super aliquē terminū: quoꝫ

cōfusius

promitto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

nō quodlz p se sumptū caderet distributi
ne sup eundē terminū nullū illoz ipedit
reliquū. vbi gra: Ois hō aial ē: li aial stat
distributiue: nō obstāte q̄ p̄cedāt duo si-
gna distributiua: qz pmū p se sumptū nō
distribueret li aial sed faceret ipsum stare
cōfuse tm̄. Silr ois hō aial nō est: ⁊ ita di-
cēdo: a sorte dīt ois hō: supponit li hō di-
stributiue: ñ obstāte q̄ p̄cedāt duo signa
qz pmū sumptū sine scdo nō distribueret
li hō dñdo a sorte dīt hō qz li dīt distribu-
it nisi terminū rectū a pte post: vt dictū ē
Cz Ad hō ꝛsili dico: ī ista tu es fortior q̄z hō
q̄ li hō stat distributiue nec pmū signū im
pedit qz p se sumptū nō distribuit aliquē
rectū: vt declaratū ē sup̄. Sed dicēdo nul
lus hō ñ ē aial: tu dīs ab oi hoie: vel tu es
albior oi albo. ipedit distributio termini
vltimi: qz p̄cedūt duo signa: quoz quodlz
sine altero distribueret tm̄inū illū q̄re ⁊c.

De suppōne relatiuoz sequtur ptra-
ctare: vbi q̄dā diuisiōes sunt pmit-
tēde. Prima est illa. Relatiuoz
q̄dā sunt relatiua substātie: vt q q̄ qd: ⁊ q̄
dā accētis vt talis: q̄lis: tātus: quātus ⁊ si
milia. Scda diuisio est ista. Relatiuorū
subē q̄dā idētitatis: vt q: iste: ille: hic ⁊ his
⁊ q̄dā diuersitatis: vt alius alter reliquus ⁊
huiusmodi. Tertia diuisio est ista: Rela-
tiuoz idētitatis q̄daz sunt reciproca: vt
sui: meus: tuus: suus: quedā nō recipr̄oca:
vt ille: ipse. Quarta diuisio est ista rela
tiuoz recipr̄oco q̄daz sunt possessiua: vt
tuus suus: ⁊ quedam non possessiua: vt se.
Quīta diuisio est ista. Relatiuoz accē
tis quoddā ē idētitatis: vt talis ⁊ tātus: ⁊
q̄dam diuersitatis: vt aliusmōi. His di
uisiōibus pmissis sit hec pma regula. Re
latiuū diuersitatis substantie ⁊ relatiuū
possessiōis nō supponūt p illo p quo suuz
añs. Exemplū pmi duoz ꝛtradictoriorū
vnū est verū ⁊ reliquū est falsum. pz q̄ p
alio suppōit li vnū: ⁊ p alio li reliquū. Exē
plū scdi aliqs hō currit: ⁊ suus asinus iacz
supponit añs p hoie ⁊ relatiuū pro asino.
Scda regula est ista. Relatiuū idētita
tis nō possessiuū sp supponit p eo pro quo
suum añs in ꝛpatiōe tū ad alterz extremo
rū. Exemplū de relatiuo idētitatis nō re
cipr̄oco: vt aliqs hō currit: ⁊ ille disputat:
suppōit li ille nō absolute p aliq̄ hoie sz p
aliquo hoie currēte: ideo nō significat se-
cūda ps absolute q̄ aliqs homo disputat.
sed aliquis homo currēs disputat. Si-
militer hui⁹ copulatiue aliqs hō est latro
⁊ tu es ille nō significat scda ps p̄cise q̄ tu
es aliqs hō: qz tūc illa copulatiua eēt va. s.
q̄ tu es aliqs hō q ē latro. Ex quo sequit
q̄ hec ē falsa: aliqs ē aial: ⁊ asin⁹ est illud:
qz scda ps significat affirmatiue q̄ asinus
est aial q̄d est aliqs hō: ⁊ p idē hec est falsa
aliqs hō est sor. ⁊ plato ē ille. sz hec ē vera
aliqs hō est sor. ⁊ plato nō est ille: qz plato
aliqs hō: q est sor. nō ē. ⁊ illa est vera: aliqs
hō nō est sor. ⁊ plato nō est ille: qz plato ci
cero nō est. ⁊ cicero ē aliqs hō q nō est sor.
Ité ꝛcedit q̄ aliqs hō ñ ē sor. ⁊ plato ē
ille: qz plato ē aliqs hō q nō est sor. qm̄ pla
to ē ipsemet q nō est sor. Exemplū de relati-
uo idētitatis recipr̄oco: vt ois hō videt
se supponit li se p oi hoie nō absolute: sic
intelltgēdo ois hō videt oēz hoiez sed re-
ferēdo singula singulis vt ille hō videt se:
⁊ ille hō videt se ⁊ sic de singul'. Silr di
cat de illa ois homo bñs filiū diligit illū.
Tertia regula ē ista. Relatiū idētitatis
accētis sp suppōit p sili vel eq̄li illi p quo
suppōit suū añs: vbi gra sor. est albus ⁊ tal'
est pla. vel sor. est albus q̄lis est pla. suppo-
nit relatiuū nō p sor. sed p sili sor. Silr illa
sor. est bicubitus ⁊ tātus est plato suppōit
relatiuū p eq̄li sor. Quarta regla ē ista
relatiuū diuersitatis accidētis sp suppōit
p dissimili illi p quo suppōit suū añs: vt ci
gnus est alb⁹ ⁊ aliusmodi ē corvus. Ex
quibus duabus regulis sequit Quinta:
vz q̄ relatiua accētiū tam idētitatis q̄z di-
uersitatis suppōit pro alio a supposito sui
añtis. pz regula ex exemplis.

Ex quo patuit p qbus relatiua sup-
ponūt: restat oēndere eorūdem mo-
dos supponēdi. Sit ḡ hec pma re-
gula. Relatiuū diuersitatis substantie nō
semp suppōit eodez mō sicut suū añs: sed
fm exigentiam sui signi vel situs. Unde
aliq̄ supponit eodem modo: vt vnus hō

*omne

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

currit ⁊ alius disputat. Oīs p:opō vera est necessaria ⁊ omnis alia est ipossibilis. In prima añs ⁊ relatiuū supponūt determinate: ⁊ i ꝓ cōfuse distributiue. Aliqñ añs supponit magis ꝯfuse q̄z suum relatiuū vt oīs ꝯdictiōalis vera ē necessaria ⁊ alia impossibilis: suppōit añs distributiue ⁊ relin determinate. Aliqñ ecōuerso relin diuersitatis substātie suppōit cōfusi⁹ q̄z suū añs vt aliqs hō est niger ⁊ nullus alius ē alb⁹ añs suppōit determinate relin distributiue. Silr aliqs hō legit ⁊ tm̄ ali⁹ disputat relatiuū suppōit ꝯfuse tm̄ ⁊ añs determinate ¶ Scda regula ē ista: Omne relatm̄ idēti tatis substātie i eadē cathegorica sui añtis semp suppōit eodē mō sicut suū añs: ꝓbat̄ iductiue vt oīs hō q currit mouet: relatm̄ suppōit ꝯfuse distributiue: ⁊ in ista oīs hō est aīal: qd̄ est rōnale suppōit ꝯfuse tm̄: et in ista hō q disputat legit suppōit determinate: ⁊ in ista sor. q currit nō sedet suppōit relatm̄ discrete. Idem est iudicū de reciprocis tam possessiuis q̄z nō possessiuis: vt oīs hō videt se: li se stat ꝯfuse distributiue Et in ista aliqs hō diligit filiū suū: li suum stat determinate: ⁊ in ista p̄ sor. vocauit illū li illū stat discrete. ¶ Ex ista rl'a sequitur p̄ma ꝯclusio q aliqua ē ppō vlis affirmatiua hñs p̄cise vnū signuz cuius p̄dicatum stat ꝯfuse distributiue vt qlibet hō est ipsemet. ¶ Scda ꝯclusio est ista. Signum vl'e affirmatiuū ita habet vim distribuēdi a pte p̄dicati sicut a pte subiecti. ¶ Tertia ꝯclusio aliqd duo sunt termini cōes sequētes signū vl'e affimatiū nō impeditum p aliud signū quoꝝ remotio ē distribuit: ⁊ nō ppinquioꝝ ē. pz vt oīs hō est videns se vbi li se stat ꝯfuse distributiue: ⁊ li videns cōfuse tm̄. Et si ꝯtra istas cōclusiōes adducant̄ regule p̄cedentis capli dicat̄ q ille regule: intelligunt̄ extra materiā relatiuoꝝ ¶ Contra istā regulā arguit̄: qm̄ dato q li se distribuat̄ in dicta ppōne sequtur istaz cōsequentiā fore bonā: Oīs homo videt se: ergo oīs hō videt hominē. ¶ Dicit̄ q stat distributiue nō absolute: sed referēdo singula singulis: vz iste hō videt se et ille homo videt se: ⁊ sic de singulis. Ex quo infero istā ꝯnam nō valere: tm̄ sor. videt se: ergo oē videns se est sor. q: li se in p̄ma supponit discrete: ⁊ in scda distributiue: sed bene sequit: ergo omne videns sor. est sor. ¶ Tertia regula est ista. Omne relatiuū idēptitatis substātie ypothetice: relatū ad suū añs supponēs ꝯfuse tm̄: non supponit eodē modo: sed determinate habendo respectū ad totā cōpositionē sui añtis: vt oīs homo est aīal: ⁊ istud est rōnale relatiuuz stat determinate: ⁊ ideo scda ps est falsa. ⁊ significat assertiue q aīal qd̄ est oīs hō est rōnale: qd̄ est falsum: q: nullū est aīal qd̄ est oīs hō. Silr ista est falsa. Ego indigeo oculo ad videndum: ⁊ illo indigeo q: nullo oculo indigeo ad videndū. ¶ Ubi est aduertendū q li indigeo cū suo gerundio ꝯfundit ꝯfuse tm̄: ⁊ sine illo cōfundit ꝯfuse distributiue. ¶ Quarta regula est ista. Omne relatiuū idēntitatis substantie ypothetice relatū ad suū añs supponēs discrete: determinate: vel distributiue supponit eodē modo: sicut suum añs: habendo respectū ad totam cōpositionē sui antecedentis: vel ad alterū extremoꝝ. Ideo cōceditur q̄libet istarum: aliqs hō est ⁊ tu es ille: aliqs homo ē ⁊ tu nō es ille: regula non significat q tu non es aliqs hō qui est sed q tu aliqs hō qui est non es ⁊ hoc est verum. Unde nō semp est licitū loco relatiui ponere suū añs: nisi seruet̄ eadē suppositio. ¶ Item sequit̄ q ista est falsa: aliquis homo est ⁊ quilibz hō est ille: q: ex q̄ li ille stat determinate: ¶ Scda pars significat q aliquis homo est quilibet homo: sed concēditur q qlibet homo est animal: ⁊ idem est risibilis: q: relatiuū distributuz non refert in cōparatiōe ad totā cōpositionē: sed solum ad alterū extremoꝝ nō distributū vero bñ refert antecedens: habēdo respectū ad totā ꝯpōnē. ¶ Ex ista rl'a seqt̄ q p̄mo ista cōclusio: q aliq ē vniuersal affirmatiua habens solum vnū signuz cuius predicatū est terminus cōis: ⁊ non stat ꝯfuse tm̄: sed determinate patet de p̄dicato secūde partis huius copulatiue aliquis homo est: ⁊ quilibet hō est ille. ¶ Secunda ꝯclusio signum vl'e affirmatiuū nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

impeditum p aliud signum non cōfundit
ꝓfuse tm̄ terminū cōmunē mediate sequē
tem in eadē cathegorica: nec hoc est incō
uenīēs: qz hoc nō est ratione signi: sed re-
latui nō potētis recipere cōfusionē illam
ꝓpter dependentiā quā habet ad suū añs
Et ita nulla istarū conclusionū aut prece-
dentū est contra regulas alterius capitu
li: qz aut impeditur signum: aut terminus
non est capax cōfusionis. ¶ Quinta regu
la ē ista: Relatiuū accidētis siue idētitatis
siue diuersitatis non semp supponit eodē
mō sicut suū antecedēs: sed ꝥm exigentiā
sui signi vel situs: vnde aliquādo suppōit
eodem mō vt aliqs homo est albus ⁊ talis
est equus: omnis homo albus legit: ⁊ nul-
lus talis disputat. Aliqñ supponit antece
dens magis cōfuse: vt omne album currit
⁊ tale disputat: aliqñ ecōuerso relatiuum
supponit cōfusius vt aliquis homo est al-
bus ⁊ nullus coruus est talis. Aliquis hō
est niger ⁊ qlibet ethiops est talis. ī quali
bet istarū supponit añs determinate: ⁊ re
latiuū in vna distributiue ⁊ in alia cōfuse
tm̄. idem etiā est iudiciū de relatiuo diuer
sitatis accītis: supponit enī interdū ꝓfusi
us qz suū añs: vt aliquis homo est niger ⁊
non huiusmodi est coruus. ¶ Sexta ⁊ vl-
tima regula: Omne relatiuū modi suppo-
nit eodem modo sicut suum antecedens
intelligēdo de mō supponēdi vniuersali:
ita q si antecedēs suppoit materialiter ⁊
relatiuū similiter. Si ꝓsonaliter ⁊ relatiuū
similiter. vbi gratia hō est species ⁊ istud ē
nomē: tam relatiuū qz añs supponit mālit
sed dicendo: hō est animal et ille ē risibilis:
tam relatiuū qz antecedens supponit per
sonaliter. ¶ Regule ergo supiores de mō
supponendi relatiuorum debent intelligi
quo ad modos supponendi speciales pti-
nētes ad suppositionē discretā: determina
tam: cōfusam tm̄: aut distributiuaz: ⁊ hec
ꝓ materia relatiuoz dicta sufficiāt: q̄re ⁊ c̄

Am de suppositione q̄ fit respectu di
uersoz temporum penes ampliatio-
nem ⁊ appellationez expedit pertra-
ctare. vnde ampliatio ē acceptio termini
temporaliter sumpti vltra consignificatio
nem verbi principalis vel participij eiusdē
¶ Pro cui⁹ diffinitōis declaratōe prima
regla sit hec: Omnis termin⁹ suppponēs
respectu verbi de ꝑterito vel participij sui
a parte ante ampliat ad supponendum ꝓ
eo q̄ est vel fuit: verbi gratia album fuit
nigrum: non supponit li album pro eo qd
fuit albuz ꝑcise: aut solū ꝓ eo qd est albuz
sed disiunctim pro eo q̄ ē vel fuit album
¶ Ex quo sequitur veritas istarū propo-
sitionū: prima virgo fuit prēgnās: patet qz
que est virgo aut fuit virgo fuit prēgnās:
¶ Scda ꝓpositio: puer fuit senex: qz ille
q ē vel fuit puer fuit senex: non qdem qñ
fuit puer: sed postq̄z fuit puer. ¶ Tertia
propositio: album fuit qñ ꝓnullam habuit
albedinem: patet qz id qd est vel fuit albū
fuit qñ nullam habuit albedinem: dato q̄
nunc aliquid sit albū quod continue ante
hoc fuit nigruz. Consimiliter est dicendū
si fuerit pticipiū predicatū respectu vbi ē:
vt aliqs hō est mortuus: patet qz li homo
supponit pro homine q est vel fuit: ⁊ signi
ficat ista propositio q̄ aliqs homo qui est
vel fuit ē mortuus. Et cōcedit: vt prius q̄
virgo ē corrupta: qz ista q̄ est vl fuit virgo
est corrupta. ¶ Scda regula est ista: Oīs
terminus supponens a parte ante respectu
verbi de futuro vel sui participij supponit
pro eo quod ē vel erit: verbi gratia homo
generabitur: supponit subiectum pro ho
mine q est vel qui erit: ideo significat ista
propositio q̄ qui est vel q erit homo gene
rabitur. ¶ Ex illa regula seqtur veritas
istarū propositionū. ¶ Prima senex erit
puer patet qui e st vel q erit qz senex erit
puer. ¶ Secūda: corrupta erit virgo: que
est vel que erit corrupta erit ergo. ¶ Ter-
tio propositio: decapitatus cātabit: quia q
est vel q erit decapitatus cantabit ¶ Idē
est iudicium de suppositione respectu sui
participij: vt homo est generādus. Signi
ficat enim ista propositio q̄ qui est vel qui
erit homo est generādus. ¶ Tertia regu-
la est ista. Omnis terminus supponens a
parte ante vel a parte post respectu huius
verbi contingit vel sui participij supponit
pro eo quod est vel contingit esse: vt albuz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

contingit esse nigrū: denotatur ꝙ id qd ē vel cōtingit eē albū: ꝓtingit eē nigrū: ⁊ ita dicat de ista sedente contingēs ē currere. ¶ Quarta regula ē ista: Omnis terminꝰ supponens a parteante vel a parte post respectu huius verbi potest vl' sui participij: aut termini verbalis desinētis in bilis vel in bile supponit ꝓ eo qd ē vel potest esse vt album potest esse nigrū denotatur ꝙ illd quod ē vel potest esse album potest esse nigrū. ¶ Ex ista regula sequunt ꝓpositiōes Prima: Creans potest esse deꝰ: dato ꝙ deus nō crearet: quia qd ē creans potest esse deus. ¶ Secūda ꝓpositio: Calidissimum potest eē calidius: quia ꝙ ē calidissimū vl' potest eē calidissimum potest esse calidius ¶ Tertia ꝓpositio: infimū potest eē inferius: quia ꝙ ē infimū vel potest esse infimū potest esse inferius: idem ē iudiciū de participijs ⁊ termino verbali: ideo concedit ꝙ genitū ē gnābile: ⁊ corruptū ē corruptibile. ¶ Prima significat ꝙ illud qd ē vel potest esse genitū est generabile. ¶ Secūda significat ꝙ illud quod est vel potest eē corruptum est corruptibile. ¶ Quinta regula est ista: Omnis terminus supponens a parteante vel a parte post respectu horū verborum incipit vel desinit: aut suorum participiorum: supponit pro eo ꝙ est aut incipit vel desinit esse: vt albū incipit vel desinit esse: denotatur ꝙ illud quod est: aut incipit vel desinit esse album: incipit vel desinit esse: et ita de participio dicatur.

¶ Sexta regula ē ista: Omnis terminus supponens a parteante vel a parte post respectu verbi vel participij habentis naturam transeundi indifferenter ad possibile et imaginabile: supponit indifferenter pro eo qd est vel potest esse vel imaginabile: sicut sunt ista verba cognosco: intelligo ⁊ huiusmodi. Cum ergo dicitur rosam intelligo aut cognosco: denotatur ꝙ rosam que est vel que potest esse vel est imaginabilis ego intelligo vel cognosco: vnde ita intelligitur illud vl' cognoscitur qd nō potest esse: sicut illud quod potest esse. Intelligo nā ꝙ chimeram vel montem aureum quorum nullum potest esse. ¶ Et intelligitur hec regula de termino recto a parte post a verbo actuo: vl' de recto a parteante a verbo passiuo siue preponatur vl' post ponatur ¶ Ex predictis regulis sequitur primo ꝙ a tertio adiacente ad secundum adiacens cum predicato participio ampliatiuo non valet argumentum: vnde non sequitur adam est mortuus: ergo adam ē: antichristus est futurus: ergo antichristus est. ¶ Secundo sequitur ꝙ ista non est bona conuersio: antichristus est futurus: ergo aliquod futurum est antichristus: quia in antecedēte supponit li antichristus ampliatiue: ⁊ in consequente non: ideo deberet sic conuerti aliquod futurū est vel erit antichristus. ¶ Tertio sequitur ꝙ ille syllogismus non valet: Omne futurum ē: antichristus est futurus: ergo antichristus ē: quia in conclusione non supponit li antichristus ampliatiue: vt in minori: propterea minor debebat esse talis: antichristus est aliquod futurum: vbi li futurum tenetur nominaliter sicut in maiori et non participialiter: quare ⁊c.

Appellatio est acceptio termini in ꝓpositione habentis respectuꝫ ad naturam verbi vel participij eiusdem vt aliquis homo est: li homo supponit pro homine ⁊ non pro quolibet homine indifferenter: sed solū pro hoīe qui est. ¶ Vt ergo clarius intelligatur hec diffinitio: notādum ꝙ appellatio sic diuiditur: quoniam aliqua vocatur appellatio temporis aliq̄ ampliatiōis ⁊ tertia forme. ¶ Appellatio temporis est acceptio termini in propositione pro aliquo vel ꝓ aliquibus fm solā cōsignificationeꝫ verbi vel participij eiusdē vt albū fuit nigrū: lꝫ li albū supponat pro eo qd est vel fuit album: tamen li nigrum non supponit nisi ꝓ eo qd fuit nigrū: ⁊ verbū eiusdem cōsignificat solūmodo ꝑteritue: ideo li nigrū appellat solū tempus ꝑteritū. ¶ Prima regula: omnis terminꝰ supponēs respectu verbi de pñti nō ampliatiui: nec distracti per participiū ampliatiuū appellat tēpus pñs: vt homo ē animal: vel sor. currit: qlibet illoruꝫ tam a pte subiecti q̄ ꝑdicati supponit solūmodo ꝓ eo qd est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

¶ Secūda regula ē ista. Omnis termin⁹ sequens verbū ampliatiuū ꝑteriti tempo ris solūmodo vel futuri appellat tempus ꝑteritū aut futurū: vt hoc fuit albū: vl hoc erit nigrū. Supponit li albū in ꝑma ꝓpositiōe ꝑcise ꝓ eo q̄ fuit album: ⁊ in secūda ꝑcise ꝓ eo q̄ erit nigrum. ¶ Appellatio ampliatiōis ē acceptio termini ampliatiue sūpti limitati per terminū ampliatiuū precedentē: vt hoc potest esse albū. Supponit li albū ampliatiue a parte post sicut a parte ante: sed a parte ante non appellat: a parte vō post appellat supple ampliationē. ¶ Prima regula ē ista. Omnis terminus sequēs aliquod istorū verborū incipit vel desinit vel aliquod suorū participiorū appellat appellationē. verbi gratia: sortes incipit esse albus: supponit li albū ꝓ eo q̄ ō est vel incipit eē albū: sed positum a parte ante nō appellat: a parte vō post appellat ꝓpter limitationem termini appellatiui ꝑcedentis. ¶ Secūda regula. Oīs terminus sequēs aliquod istorū verborū potest contingit aut aliquod suorū participiorū appellat appellationē ipsorū: vt hoc potest vel cōtingit eē albū: ampliat li albū ita a parte post sicut a parte ante: ⁊ a parte post appellat ampliationē istorū verborū ꝓpter limitationē ipsorū quā nō appellat a parte ante ex quo nō limitatur. ¶ Appellatio formē ē acceptio termini in ꝓpositiōe limitati ꝓ terminum precedentem concernentem actū mentis: vt intelligo hominē appellat suā formā: q̄ significat suū significatū sub ratiōe eiusdē ꝓpter limitationē factam a termino cōcernente actū mentis: ideo ꝓ illa denotat q̄ ego intelligo aliquid sub rōne qua homo ¶ Ex ꝑdicta diffinitiōe sequit veritas trium conclusionum. ¶ Prima cōclusio est ista: patrē meum cognosco ⁊ tamen nō cognosco patrē meū: ꝓbat: ⁊ pono q̄ sortes sit pater meus quē bene cognoscā: nesciaz tamen an sit pater meus vel nō: imo pono q̄ non considerem de patre meo vtrū talē habeā vel nō. Asto posito patrem meū cognosco nō tamē cognosco patrem meū: q̄ nō cognosco aliqd sub rōne qua pater meus. ¶ Secūda cōclusio: sortē volo videre ⁊ tamen nolo videre sortez. ꝓbat: pono q̄ sortes sit inimicus meus: ita q̄ nolez videre ipz: ⁊ plato sit amicus meus similis sor. existēte coram me quē credā eē pla. Asto posito sor. volo videre: q̄ hūc qui ē sor. volo videre ex eo q̄ō puto ipm eē pla. ⁊ tamen nolo videre sor. quia nolo videre aliquid sub rōne qua ē sor. ¶ Tertia cōclusio propositionē hypothetica scis: ⁊ tamen nescis aliquā ꝓpositionē hypothetica. ꝓbat: ⁊ q̄ credas firmiter nullā eē hypothetica sit tamen aliqua hypothetica quā credas esse cathegorica sciendo significatū eius. ¶ Asto posito aliquā ꝓpositionē hypothetica scis q̄ illud quod ē ꝓpositio hypothetica scis ⁊ tamen nō scis aliquā ꝓpositionē hypothetica: q̄ non scis aliquid sub rōne qua ē ꝓpositio hypothetica. ¶ Et cōsequēter cōcedit q̄ ꝓpositionē affirmatiuā credo: ⁊ tamen non credo ꝓpositionem affirmatiuam. Et ita de infinitis quarū quelibet ex prioribus potest verificari.

¶ Incipit tractatus ꝗsequentiarū.

Onsequētia ē

illatio ꝗsequentis ex antecedente: vt hō currit ḡ aīal currit: aūs voco ꝓpositionē ꝑcedentē notā rōnis: vt hō currit: ꝗūs vō illā seqt vt aīal currit: ⁊ notā rōnis nomino li ḡ ⁊ li igit. ¶ Pro huius diffinitiōis declaratiōe fit hec ꝑma diuisio. Consequētiarū alia bona alia mala. Consequētia bona ē illa: cui⁹ oppositū ꝗsequētis repugnat antecedēti: vt tu es hō: ḡ tu es aīal. Nam hec duo repugnāt: tu es hō ⁊ tu nō es aīal: iō ista ꝗūa sunt bona. Cōsequētia mala ē illa: cui⁹ ꝗdictorū ꝗūtis stat cū antecedēte: vt tu es hō: ḡ tu sedes: nā hec bū stāt sil tu es homo: ⁊ tu nō sedes: iō ista ꝗūa nō valuit. ¶ Secūda diuisio ē illa: ꝗūarū bonarum alia formal alia mālis. ꝗūa bona ⁊ formal ē illa cui⁹ ꝗdictorū ꝗūtis formalī repugnat antecedēti: vt tu curris ḡ tu moueris. Loco illa formalīt repugnare q̄ nō sunt imaginabilia stare sil absq̄ ꝗdictiōe: vt tu curris ⁊ tu nō moueris: ꝗūa bona ⁊ mālis est illa cui⁹ cōtradictorū ꝗūtis mālīter repugnat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

antecedēti: vt deus nō est: ergo nullus hō est: illa dicunt mālit repugnare: q̄ non pñt stare sil': sunt tñ imaginabilia stare sil' absq; ꝗdictione: vt deus nō est: ⁊ aliqs hō est. Iz enī ista nō possunt sil' stare ꝓpter impossibilitatē illi⁹: deus nō est: tñ sūt imaginabilia stare sil' absq; aliq̄ ꝗdictiōe: q: q̄ de⁹ nō sit ⁊ aliqs hō sit: nō videt implicatio ꝗdictionis. ¶ Juxta istā diffinitionē ponunt due regule. Prima ex impossili sequit quodlibet. ¶ Secūda necessariū seqt ad quodlibet. Et intelligant ille due regule: q̄ illa cōsequētia est bona ⁊ mālis: in q̄ antecedēs ē impossibile: vel ꝑñs necessariū: subductis alijs modis: quib⁹ ꝗsequētia fo:et bona et formal'. ¶ Tertia diuisio est illa: Cōsequētiarū bona: q̄dā est bona de forma: ⁊ q̄dā est bona de mā. Consequētia bona de forma est illa: cui q̄libet ꝗsilis in forma est bona: vt albedo videt: ḡ color videt. Ille ꝗsequētie sunt silis forme: q̄ hñt consimilē modū arguēdi ꝗsequētie formal' de quib⁹ modis d ꝗpostremo. ¶ Et ad hꝰ q̄ ꝗcedentia ⁊ ꝗsequētia sint silia in forma: Notādū q̄ ille cathegorice sunt silis forme: q̄ sic se habēt: q̄ si vna affirmatiua: sit de secūdo adiacēte vel de tertio: ⁊ alia silr. Et si vna est ꝑticularis indefinita vel singularis: ⁊ alia silr. Itē si vna ē exclusiua: exceptiua: reduplicatiua: vel modal' in sensu cōposito vel diuiso: ⁊ alia silr. Itē si vna est de termino simplici vel cōposito: copulato: disiuncto: vel cōditionato: ⁊ alia silr. Et ideo iste nō sunt sil'es in forma: hō vl' asin⁹ currit. quia vna est de termino simplici: ⁊ alia de cōposito: silr iste nō sunt sil'es in forma: quilibet hō currit: ⁊ aliqs asinus mouet: q: vna est vl'is: ⁊ alia ꝑticularis. Sz ille sunt sil'es in forma: hō est asin⁹: ⁊ hō est aīal: nō obstāte q̄ vna sit necessaria: ⁊ alia impossibil': q: habēt oēs cōditiones assignatas: ex q̄ seqt il' e ꝗsequētie sunt sil'es in forma: hō currit ergo aīal currit: albedo videt: ḡ color videt: q: habēt ꝗsimilē modū arguēdi consequētie formal' vtrobiq; enī arguit ab inferiori ad suū suprius affirmatiue. Cōsequentia bona de mā est illa q̄ est bona: ⁊ nō quelibet sibi ꝗsilis in forma est bona: vt tu nō es hō: ḡ tu nō es aīal. ista ꝗsequētia nō est bona: q: ꝗdictoriū ꝑñtis repugnat antecedenti. ¶ Ex ꝑdictis sequit: q̄ aliq̄ est cōsequētia bona ⁊ formal': q̄ nō est bona de forma: sicē ꝓdicta: ⁊ q̄libet istarū: tñ ꝑ̄ est: ḡ nō tñ ꝑ̄ ē. Tu scis te eē lapidē: ḡ tu ñ scis te eē lapidē: ⁊ sic de alijs. Tu credis ꝑcise q̄ aliqs hō decipit: ḡ aliqs hō decipit.

Formal' ꝗsequentie q̄dā sunt regule vl'es ponēde: ipsi⁹ insinuantes notitiam. Quarū ꝑma est ista Si alicui⁹ ꝗsequētie ex ꝗdictorio ꝗsequētis sequitur ꝗdictoriū antecedētis: illa ꝗsequētia ē bona: vt ista Hō currit: ḡ aīal currit: q: bene sequit Nullū aīal currit: ḡ nullus hō currit: vel nihil q̄ō est hō currit. ¶ Ex ista regula sequit alia: videlicet si alicui⁹ ꝗsequētie ꝗdictoriū ꝗsequentis nō est illatiuū hꝰ dictoriū antecedētis: illa ꝗsequētia nō valet. vñ nō sequit Tu loqris: ḡ tu disputas: nō q: sequit Tu nō disputas: ḡ tu nō loqris. ¶ Secūda regula est ista: Si alicui⁹ consequētie antecedēs est verū: ⁊ ꝑñs silr: q: ex falsis verū: ex veris nil nisi verū: vt dicit Aristo. ꝑmo prior. Ex illa sequunt regule ¶ Prima: Si alicui⁹ ꝗsequētie bone ꝑñs est falsū: ⁊ antecedēs silr. ¶ Secūda: Si alicui⁹ ꝗsequētie antecedēs est verū: ⁊ ꝑñs falsum: ista ꝗsequētia nō valet. Ideo nō sequit Chimera que currit ~~nō~~ mouet: ḡ chimera currit: q: antecedēs est verū: ⁊ cōsequens falsum. ¶ Tertia regula est ista Si alicui⁹ ꝗsequētie bone antecedēs est necessariū: ⁊ ꝑñs silr est necessariū. Ex q̄ sequit q̄ si antecedēs est necessariū: ⁊ ꝑñs contingens: illa ꝗsequētia nō valet: vt oīs hō est aīal: ergo tu es aīal. Quarta regula ē ista: Si alicui⁹ consequētie bone antecedēs est possibile: ꝗsequēs silr est possibile. ex q̄ sequitur: q̄ si antecedēs est possibile: ⁊ ꝑñs ipossibile: q̄ illa ꝗsequētia nō valet. vñ nō sequitur Omne currēs est hō: ḡ hoc currens est hō demōstrando asinū: q: antecedēs ē possibile: ⁊ ꝑñs impossibile. ¶ Quinta regula est ista: Si aliq̄ ē ꝗsequētia bona: ⁊ aliqd sequit ad ꝑñs: illud idem sequitur ad añs vnde bene sequit Hō currit: ergo animal currit. ad quod sequit: ergo co:p⁹ currit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

ideo bñ sequit ad antecedēs ll Hō currit: ḡ corpus currit. Ex ista regula sequunt due regule. ¶ Prima: Quicqd antecedit ad antecedēs: antecedit ad ꝓns. vñ q: hec cōsequētia ē bona ll Hō currit: ḡ aīal currit. ⁊ hec Tu curris antecedit ad istā: hō currit: ideo antecedit ad istaz Aīal currit. ¶ Secunda regula: A pmo antecedente ad vltimū ꝓns: qñ oēs ꝓsequētie intermedie sunt bone ⁊ formales ⁊ nō variate: tūc ꝓsequentia est bona ⁊ formal. vbi gra hō ē: ḡ aīal ē: aīal est: ḡ corp⁹ est. corp⁹ ē: ergo substātia ē. ⁊ sic a pmo ad vltimū sequit formalit: hō ē ergo substātia est. Cōsequētie intermedie nō sunt variate qñ ꝓns pme ꝓne ē aīs posteriorīs ꝓne: sic in exēplo: Nullū tps est: ḡ dies nō est: dies non est: ⁊ aliq̄ hora est: ergo nox ē: nox est: ergo aliqd tps est: ⁊ tñ nō seqt a primo ad vltimū: nullū tps est: ergo aliqd tps est: ppter variationē factā: quia pme ꝓne fuit ꝓns dies nō est: ⁊ nō fuit antecedēs secūde. ſz illa copula dies nō est: et aliq̄ hora est. ¶ Sexta regla ē ista: Si aliq̄ est ꝓna bona: ⁊ aliqd stat cū antecedēte: illud idē stat cū ꝓsequēte. Verbi gra: sequit oīs hō currit: ergo hō currit. ⁊ cū antecedente stat q aliqd corp⁹ currat: ⁊ q nullus asinus moueat: ⁊ sic de alijs: ideo quelibet istarū stat cū ꝓsequēte. Ex ista regula seqt alia: videlicet Quicqd repugnat ꝓsequēti repugnat antecedēti. patet ista regula discurrēdo p oīa. ¶ Septima regula: Si aliq̄ est ꝓsequētia bona scita a te esse bona ⁊ antecedens est concedendū a te ꝓsequēs eiusdem est concedendū a te. Ex qua sequunt due alie. Prima: Si ꝓsequēs est a te negādū: ⁊ antecedēs silr. Secūda: si antecedēs est concedendū a te: ⁊ ꝓsequens negandū: ista ꝓsequētia nō valet. Verbi gra: oīs hō est: ergo antichristus est. ¶ Octaua regula: Si aliq̄ est ꝓsequētia bona scita a te esse bona: ⁊ antecedēs est scitū a te: consequēs eiusdē est scitū a te: vt tu es hō: ergo tu es aīal. Et notāter dicit scita a te eē bona: q: ista ꝓna est bona: brunellus est asin⁹: ergo brunell⁹ ē rudibil: ⁊ asīs ē scitū ab aliq̄: a q̄ tñ nō est scitū ꝓns: q: forte nescit consequētiam illam esse bonam: quare ⁊c.

Nunc sequūt particulares regule cōsequētie formal' penes supius ⁊ inferius materiā ꝓcernentes. Quarū pma est ista: ab inferiori ad suū superius affirmatiue ⁊ sine distributione: ⁊ sine signo cōfusionis impediēte est bona ꝓsequētia: vt hō currit: ergo aīal currit. ¶ Secunda regula est ista: Ab inferiori ad suū superi⁹ distributiue vel ꝓfuse tñ īmobilit nō valet ꝓsequētia: q: nō sequit: oīs hō currit: ergo oē aīal currit. nec sequit: nullus hō currit: ergo nullū aīal currit. Et notāter dicit vel ꝓfuse tñ īmobilit: q: nō sequit: si hō ē asinus: hō est rudibil: ergo si hō est aīal: hō ē rudibil. Sed arguēdo cōfuse tñ mobilit ē bonū argumentū. Verbi gra: oīs hō ē animal: ergo oīs hō est substātia. ¶ Tertia regula est ista: Ab inferiori ad suū superi⁹ negatione postposita ⁊ cū debito medio ē bonū argumentū. Verbi gra: tu nō curris: ⁊ tu es hō: ergo hō nō currit. Et notāter dicitur cū debito medio: q: sine isto nō valet argumentū. vnde nō sequit: tu nō es aīal: ergo hō nō est aīal: q: antecedens est possibile: ⁊ ꝓsequēs impossibile. ¶ Quarta regula est ista: A supiori ad suū inferius affirmatiue ⁊ sine distributione nō valet argumentū: quia nō sequit: aīal currit: ergo hō currit. ¶ Quinta regula est ista: A supiori ad suū inferius affirmatiue distributiue nō valet argumentū nisi cū debito medio: q: nō sequit oē aīal currit: ergo oīs hō currit. tu differs ab asino: ergo differs a brunello: ſz cū debito medio est bonū argumētū: vt differs ab asino: brunellus est asin⁹: ergo tu differs a brunello. ¶ Sexta regula est ista: A supiori ad suū inferi⁹ negatiōe preposita est bonū argumentū. vñ bene sequit: nullū aīal currit: ergo nullus hō currit. Et intelligitur ista regula de negatiōe distrbiuēte supius: quia si nō distribueret nō valet argumentū. vñ nō sequit: nō nullū aīal currit: ḡ nō nullus hō currit. nec sequit: nō oē aīal currit: ḡ nō oīs hō currit. patet enī q cuiuslibet istarū ꝓdictorū ꝓsequētis stat cū antecedēte: quare ⁊c.

Regulas aliquas tangentes quantitatem propositionū seriatim propo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

cessariũ videlicet ⁊ necessario tu es vel tu non es. Et secũda pars etiã patet: q: quelibet istarum est possibilis: tu es: tu non es. Ideo rũdet q regula intelligit de disiũctiua affirmatiua hypothetice ꝓbãda: ⁊ non cathegorice: q̃lit nõ ē in proposito: eo q q̃libet istarũ ꝗtingẽter tu es vel tu nõ es: necessario rex sedet: vl nullus rex sedet: est ex pombiliter ꝓbãda: sicut iste ꝗtingenter tu es: necessario de⁹ est. Septima regula erat ista Ad necessitatẽ disiunctiue affirmatiue sufficit vnã partẽ esse necessariã: vel oẽs in uicẽ ꝗtradici. Ex q̃ sequebat q ad ꝗtingentiam eiusdem requirit quamlibet partẽ eē ꝗtingentẽ: ⁊ nullam alteri repugnare. Contra istas regulas arguit: Aliqua est disiunctiua necessaria: cuius quelibet pars est cõtingẽs: ⁊ nulla alteri repugnat: ergo ambe regule false. Consequentia tenet: ⁊ antecedens ꝓbat. Nam ista disiunctiua est necessaria Antichristus non est albus: vel antichristus est coloratus: ⁊ quelibet eius pars est ꝗtingens: ⁊ nulla alteri repugnat: ḡ ⁊c. Antecedens ꝓbat pro qualibet parte. ⁊ primo q ista sit necessaria quia suũ oppositũ ē impossibile: videlicet antichristus est alb⁹: ⁊ antichristus non est coloratus. Secunda pars patet. ſ. q quelibet eius pars sit ꝗtingens: quia indifferenter potest esse vera ⁊ falsa: vt bene patet. Tertia etiam pars patet: q: nulla illarũ partiũ alteri repugnat: q: possibile ē q antichristus sit niger. quo posito hec forent simul vera: Antichristus non est albus: ⁊ antichristus est coloratus: ergo non ad inuicẽ repugnãt. Rũdet q diminute recitata est regula contingẽter disiunctiue. sed oportet plus addere. ſ. q contradictoria partium non repugnant. Nũc ad propositũ disiunctiua plata est necessaria: ⁊ quelibet eius pars est contingens: ⁊ nulla alteri repugnat: sed opposita illarum partium repugnat: videlicet antichristus ē albus: antichristus non est coloratus: quare nihil contra regulam. ¶ Notãdũ q cõtra quamlibet istarũ regularũ contentarũ in materia hypotheticarũ potest argui extra assignationẽ hypothetice negatiue vel partis non principalis. vbi ergo tales obiectiones procederẽt: dicatur regulas hypotheticarum in negatiuis non tenere: neq; etiam de partibus: quare ⁊c.

¶ Obiectiões ꝗtra materiã ꝑdicabiliũ.

Materia ꝑdicabiliũ quasdã ꝗtinet diffinitiones. Quarũ prima est ista: Beatus est termin⁹ vniuocus ꝑdicabilis in quid de plurib⁹ differẽtib⁹ specie vt aial. Cõtra istã diffinitionẽ arguit sic: li corpus animatũ est gen⁹: ⁊ tũ nõ est terminus vniuocus: ergo diffinitio insufficiens. Tenet ꝗsequẽtia cũ maiori: ⁊ minorẽ ꝓbo. Nã ois termin⁹ vniuocus est termin⁹ simplex: sed li corpus animatũ non est terum⁹ simplex: ergo nõ est termin⁹ vniuocus. Dicitur q li corp⁹ animatũ non est genus: nec li animal rationale: quia quodlibet genus debet eē terminus simplex. Et si allegares porphyrium ponens istum terminũ pro genere: dicit q posuit non q ita esset: sed gratia exempli: aut quia carent termino simplici: loco ergo illius termini corpus animatũ debet poni vnus istor simplicium: viuens vel viuũ medians inter li animal ⁊ li corp⁹ vnde omne animal est viuens: sed nõ econuerso. similiter omne viuens est corpus: ⁊ non econuerso: loquendo de composito ex materia ⁊ forma: li aial rationale: ḡ frustra positũ est pro genere: q: est diffinitio hois: sed ideo porphirius dixit illud: q: sequebatur opinionẽ platonis ponẽtis celũ eē aial rõnale: cuius opinionẽ negam⁹ ad presens ¶ Secunda diuisio erat ista: Genus generalissimũ est quod cũ sit gen⁹ nõ potest esse species. Ex qua inferebat alia: q gen⁹ subalternũ est illud: quod cũ sit genus potest esse species. Contra istas sic arguit: Li substantia est genus generalissimũ: ⁊ potest eē species: ergo diffinitio insufficiens. Tenet ꝗsequentia cũ maiori: ⁊ minorẽ probo. Nã li substantia potest conuerti cum illo termino homo: ergo potest eē species. Consequẽtia tenet: antecedens similiter per nouam impositionẽ. Respondet q argumentum verbaliter ꝓcedit: ⁊ nõ ꝗtra intellectũ diffinitionũ. Prima nãq; sic intelligit: Gen⁹ generalissimũ est illud qõ cũ sit gen⁹ nõ potest eē spẽs sic adequate significãdo. Nũc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

ad propositū li substātia potest cē spēs: sed nō sic adequate: significando.s.substantiā. ¶ Tertia diffinitio pncipal fuit ista: Spēs est termin⁹ vniuocus nō supremⁿ pdicabil' in qd de plurib⁹. Contra arguit sic: Li substātia est termin⁹ vniuoc⁹ nō supremⁿ pdicabilis in quid de plurib⁹: ⁊ tñ nō est spēs: ergo diffinitio insufficiēs. Tenet ꝓsequentia cū minori: ⁊ maior pbat. Nā q̄ li substātia predicet de plurib⁹ in qd patet: ⁊ q̄ sit termin⁹ nō supremⁿ pbat. Nā aliqs terminus est supra eū: ergo nō est supremus. Cōsequentia tenet: ⁊ antecedens pbat de isto termino ens: qui est supra istū terminū substantia: q: ois substātia est ens: ⁊ nō ecōtra. Rndet q̄ quemadmodū li substātia est genus generalissimū: ita est termin⁹ supremⁿ. ⁊ cū dicit Li ens est supra eū: nego: q: superioritas ⁊ inferioritas nō reperit nisi in predicamēto: ⁊ li ens nō ē in predicamēto: ergo nō est supra nec infra. Et cū dicit Ois substātia est ens: ⁊ nō ecōuerso: ḡ li ens est supī nō valet ꝓña. sed bene sequit: ḡ est termin⁹ cōmunior vel prior: sicut non seqt Ois substantia est hō vel nō hō: ⁊ nō ecōuerso: ḡ li hō ⁊ nō hō est termin⁹ superior: nullus aūt termin⁹ cōpositus est supra vl' infra aliquē terminū predicamētalē. ¶ Quarta diffinitio fuit ista: Spēs specialissima est termin⁹ qui cū sit spēs nō potest esse gen⁹. Ex q̄ inferebatur q̄ spēs subalterna est termin⁹: qui cū sit spēs potest esse gen⁹. ¶ Cōtra arguit sic: Ille termin⁹ hō est spēs specialissima: ⁊ potest esse genus: ergo neutra diffinitio sufficiens. Cōsequētia tenet cum maiori: ⁊ minor pbat: q: potest ꝓuerti cuz illo termino aīal. Dicit q̄ argumentū nō pcedit cōtra intellectū regule: q̄ est iste spēs specialissima est termin⁹ q cū sit spēs nō potest ē genus: sic adequate significādo sicut li hō: ꝛz iam in proposito si li hō ꝓuertere cū li aīal non adeq̄te significaret hominē. ¶ Quinta diffinitio fuit ista: Differētia est termin⁹ vniuocus predicabilis in quale essentiale. ¶ Cōtra arguit sic: Li rationale est differētia: ⁊ tñ nō est termin⁹ vniuocus: ergo diffinitio insufficiēs. Tenet ꝓña: ⁊ añs pbat. nā significat hominē sub ratiōe qua sensitiuū ⁊ intellectiuū: ⁊ significat angelū sub rōne intellectiui solūmō: ergo diuersis rōnib⁹. Rndet q̄ li rationale diuidit aīal qñ dicit Animaliū aliud rationale: aliud irrationale: ⁊ tūc nō significat nisi hoīez: q: nō significat nisi animal rationale: ꝛz nullus angel⁹ est animal rationale: ergo nō significat angelū: ⁊ ita vnū assumptū fuit falsuz. ¶ Sexta diffinitio fuit ista: Proprū est termin⁹ vniuocus predicabilis de plurib⁹: in eo q̄ quale accidētale conuertibiliter vt risibile quod predicat de sorte ⁊ platone accidētaliter cōuertibiliter. Cōtra istam diffinitionē arguit sic: Li risibile est proprū: ⁊ tñ nō predicat de pluribus conuertibiliter: ergo diffinitio insufficiēs. Tenet ꝓsequētia cum maiori: ⁊ minor pbat. nā li risibile predicatur de sorte ⁊ platone ⁊ nō cōuertibiliter: quia sortes ⁊ risibile nō cōuertunt: vñ non seqt Risibile currit: ergo sor. currit: ḡ ⁊c. Dicēdū q̄ li cōuertibiliter in diffinitione nō respicit li plurib⁹: sed istud ratione cui de talibus predicat: videlicet subiectū: qd est ille termin⁹ homo: cū quo cōuertit iste termin⁹ risibile: vnde ista consequētia non valet Li risibile predicat de sorte ⁊ platone ⁊ non conuertit cum illis: ergo non cōuertitur. arguitur enī ab inferiori ad suū superius: negatione preposita. ¶ Septima diffinitio erat ista: Accidēs est termin⁹ in q̄le accidētale nō vniuoc⁹ predicabilis de pluribus conuertibiliter. Cōtra istam diffinitionē arguit sic: Nā ille terminus hec albedo est accūs: q: ē accidētal: ⁊ tñ nō est pdicabilis de plurib⁹: q: est termin⁹ discretus ergo diffinitio insufficiens. Soluit hoc argumentū p distinctionē: dicēdo q̄ accidēs potest sumi large pro omni termino accidētali cōi vel discreto: ⁊ sic nō sumit in proposito. Alio modo pro termino accidētali cōmuni: ⁊ sic diffinitur ad presens: ⁊ sm istuz modum patet q̄ iste terminus hec albedo non est terminus accidentalis: nec est pluribus competens accidentaliter. ¶ Octaua diffinitio erat ista: Predicatio directa ē illa in qua superius predicatur de suo inferiori. Indirecta autem econuerso. ¶ Contra istas diffinitiones arguitur sic: Quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

ex illis sequitur q̃ aliqua ē predicatio que nec ē directa nec indirecta: vt hō ē hō: animal est aīal: q: nec superius nec inferius p̃dicat. ¶ Ideo respōdet cōcedēdo cōclusionē. Ultima diffinitio fuit ista: predicatio essentialis ē illa in qua superius p̃dicatur de suo inferiori: vel dīa de aliquo istorum aut ecōuerso. Cōtra istā diffinitionē arguitur sic: hō nō est animal: non est predicatio essentialis: ⁊ tñ superius p̃dicat de suo inferiori: ergo diffinitio ī sufficiēs: tenet consequētia cū minori: ⁊ maiorē p̃bo: q: ista p̃dicatio ē ī possibilis. ¶ Respōdet q̃ aliqua p̃dicatio essentialis ē impossibilis. Similiter aliq̃ p̃dicatio ꝓtigēs ē p̃dicatio eēntial: vt tu es hō ⁊ antixps ē aīal. Itē aliq̃ p̃dicatio necessaria ē p̃dicatio accidētalis: vt hō ē risibil: aīal ēquātū aut colorātū: ōre ⁊c.

¶ Obiectiōes ꝗ māz sylogismorū.

In materia sylogismorū ē aliqualiter obijciēdum: vt qd̃ nō expresse est platū ad lucē reducat. De primo arguitur p̃bādo insufficientiā figurarū: sic quattuor: sunt figure: ergo diminutiue tres assignant: consequētia tenet: ⁊ aīs p̃bat: nam iste est optimus sylogismus: omnis homo ē animal: omne aīal est substātia: ergo oīs homo est substātia: ergo est sylogismus alicuius figure ⁊ nō p̃me: q: qd̃ subijcit in p̃ma nō predicat in secūda: nec est secūde figure: q: nō p̃dicat idē in vtraq̃: nec tertie q: nō subijcit idem in vtraq̃: ergo oportet dare quartā figurā in qua illud quod predicat in prima subijciat in secunda. ¶ Respōdet q̃ nō sūt plures figure q̃z tres: nec sylogismus platus cōstituit quartā figurā quia est in prima figura ⁊ in primo modo: nec dictum est q̃ nō constituat primā figurā: quia est in prima figura. Alius sylogismus q̃z iste: cuius subiectū prime ꝓpositionis est predicatum secūde: sed dicebat. Si subiectum prime est predicatum secūde sic resultat prima figura. Dicat ergo q̃ ille sylogismus cōstituit primā figurā cuius subiectum vnius premisse est predicatum alterius. ¶ Secūdo arguitur insufficiētia modorum prime figure sic sylogizando: nullum animal est lapis: quilibet homo ē animal: ergo aliquis homo nō est lapis: iste ē sylogismus prime figure: ⁊ tamen nō est in aliquo illorum nouem modorum: vt patet discurrendo per omnes: ergo plures sunt q̃z nouem. Item sylogizatur sic: Omne animal est substātia: omnis homo est animal: ergo homo est substantia. Iste sylogismus est prime figure: ⁊ tamen nō ē in aliquo illorum nouem modorum: vt patet intuēti: nisi forte diceret q̃ esset in baralipton: nec hoc euadit: q: baralipton cōcludit indirecte: ⁊ predictus sylogismus concludit directe: ergo ⁊c. ¶ Dicit q̃ primus sylogismus est incelarent nō imediate sed mediate: q: primis p̃missis ꝓcludit incelarent: nullus homo est lapis: ex qua sequit formaliter q̃ aliquis homo nō ē lapis in figura de iesse. ¶ Consimiliter est dicendum ad secundū sylogismū: quia ē in primo prime figure nō imediate sed mediate cōcludendo: istam cōclusionē in figura de inesse ex ꝓpria conclusione: vnde iste sylogismus est imediate in primo prime: omne animal ē substantia: quilibet homo ē aīal: ergo quilibet homo ē substātia: quia nō exitur aliquod medū ad hoc q̃ sit in primo p̃me figure: ſz aliꝰ sylogismus ē mediate: q: nō sequit conclusio illa: nisi mediate illa subintellecta: quilibet homo ē substantia tanq̃z ab vniuersali ad suam subalternam. Et si ex his concluderetur q̃ barbare vel celarent concludit indirecte: vel indefinite vel particulariter cōcedo nō imediate sed mediate. ¶ Tertio ostendo insufficientiam modorum secūde figure: sic arguendo: Nullus lapis est animal: quilibet homo est animal: ergo aliquis homo non est lapis: vel sic quilibet homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus homo est lapis: quilibet istorū sylogismorum est in secunda figura: ⁊ nō ī aliquo illorum quattuor modorum: vt patet discurrendo per singulos. Naz primus sylogismus istorum duorum constat ex duabus vniuersalibus cōcludētibus particularez. ⁊ secūdus cōcludit indirecte qualiter non repetit in aliquo illorum quattuor modorū. ¶ Respōdet vt prius q̃ primus est mediate in cesare: quia ex propria ⁊ imediata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

conclusione eius seqtur conclusio adducta formaliter. Secundo vo ē in camestres etiā mediate: qr ex ppria & immediate cōclusione eius seqtur conclusio illius syllogismi p conversionē simplicem. ¶ Quarto ostēdo insufficiētiam tertie figure sic arguēdo: Omis hō ē substantia omis hō ē aīal: ergo quedā substātia est aīal vel sic: qlibet hō est risibilis: aliqs homo ē vnus hō: ergo aliqd risibile ē vn hō. Isti sunt optimi syllogismi in tertia figura & nō in aliquo mō: qr oēs modi tertie figure cōcludūt directe & p̄dicti syllogismi concludūt indirecte: ergo &c. Ideo dicit vt p̄mo q p̄mus ē in darapti: & secūdus in datesi: non immediate sed mediate: p cōversionē simplicē immediate conclusiōis: & ita nō est incōueniens q modi tertie figure concludant indirecte nō immediate sz mediate solū: q̄re &c.

¶ Obiectiōes contra modos figurarum.

ARguit cōiter cōtra figurarum modos pbādo syllogismos factos in illis aliqualiter nō tenere. Et p̄mo contra primū modū p̄me figure: naz iste syllogismus non valet: Omnis homo vel asinus ē asinus omne risibile est homo vel asinus: ergo oē risibile est asinus. Et ponit in p̄mo p̄me figure: ergo modus iste insufficiēs: cōsequētia tenet cū maiori: qr omnia reqsita ad primū p̄me sufficiēter exprimunt. q aūt iste syllogismus nō valet. pbat: ois ē falsum: & antecedēs ē verum. pbat: Mā minor ē vera: vt patet ex suis exponentibus. Et maior ē pbo inductive: Iste hō vel asinus est asinus: & iste hō vel asinus est asinus: & sic de singulis: & isti sunt oēs homines: ergo oīs homo vel asinus ē asinus: patet cōsequentia a singularibus sufficienter enumeratis ad suā vniuersalē. Respondet querēdo de subiecto distributiōis ipsius vlis. Omnis homo vel asinus ē asinus: qd distribuitur vtrū totū disiunctū vl p̄ma ps solūmodo: si totū disiunctū nego maior: ē: & ad pbationē adductā dico: q quelibet singularis in q̄ demōstrat homo: est falsa: iō ista ē falsa: iste hō vel asinus ē asinus demōstrādo hominē: qr significat q hoc qd ē hō vel asinus ē asinus: & hoc ē falsum. Si autē solūmodo p̄ma ps distribuit: nego cōsequētiā: quia plus p̄dicat in minori q̄z fuerit distributū in maiori: vnde nō oportet q subiectuz totius ppositionis maioris p̄dicet in minori sed sufficit q subiectū distributiōis: ita q̄ p̄m istā resposionē vniuersalis que est maior habet subiectū distristutiōis qd ē p̄ma pars disiuncti: & habet subiectuz ppositionis qd ē totum disiunctum: primum subiectum expedit predicari in minori & non secūdū: nec tali intelligit regula p̄me figure. ¶ Cōtra secūdū modū arguit sic: Iste syllogismus nō valet: nulla cōclusio ē vera sed omnis conclusio facta in celarent ē cōclusio: g nulla cōclusio fcā in celarent ē vera: & tamen iste syllogismus ē in celarent ergo &c. Minor patet: quia sunt omnia reqsita. & maior probatur: ponendo q syllogismus factus sit omnis syllogismus quo posito antecedens ipi syllogismi ē veruz pro qualibet parte: & consequēs falsum: qr falsificat se. Ideo dicitur vt in materia insolubilibuz q dictus syllogismus nō ē in tertio p̄me: quia conclusio ē propositio insolubilis hypothetica qualis nō ē aliq̄ p̄missarum. ¶ Cōtra tertiū p̄me figure arguit sic: iste syllogismus non valet: cuiuslibet hominis asinus currit: brunellus ē hominis asinus ergo brunellus currit: & tamen arguit p̄m tertium modum: ergo modus insufficiēs: consequentia tenet cum minori: & maior ex pbo. Et pono q quilibet homo habeat duos asinos: quorum vnus currat & alius nō de quorum numero non currentiuz sit brunellus. Ad posito antecedens ē verum: vt patet: & consequens contra casum. Ideo dicitur q argumentū non valet: quia plus predicatur in minori q̄z fuerit distributuz in maiori. Nam distributum in maiori fuit precise li hoīs: & predicatum minoris erat hoc totū hominis asinus. ¶ Sed forte dicetur q adhuc stat argumentū sic arguendo: Cuiuslibet hominis asinus currit: brunellus est hominis: ergo brunellus currit. Dicitur q nondū est syllogismus in tertio p̄me: qr in obliquis casib oportet subiectū maioris p̄dicari in minori i recto: sic dicēdo brunellus ē hō: & hoc negat: propterea bene sequit: cuiuslibet hoīs asinus currit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

sor. est hō: ergo sor. asinus currit. ¶ Notādū circa primū modū: q̃ si aliq̃ premissarū nō fuerit q̃nta: ñ arguit tūc p̃m istū modū: vt necessario omis hō est aīal: sor. est hō: ḡ necessario sor. est aīal. Itē omis hō est aīal: ꝫ risibile est hō: ergo tm̃ risibile est aīal. In q̃libet harū ꝯsequentiarū est añs verū: ⁊ ꝯns falsum. nō ergo aliqs istorꝫ paralogismorū syllogism⁹ é in darij: q: in p̃mo maior nō est alicui⁹ quātitatis: ⁊ in secūdo minor: q: est exclusiua primi ordinis. ¶ Cōtra q̃rtū prime arguit sic: Iste syllogism⁹ nō valet: Oē aīal si est rudibile nō est hō: sed tu es aīal si es rudibilis: ergo tu nō es hō. ⁊ arguit p̃m istū modū: ergo ĩsufficiēs. ꝯña tenet: ⁊ añs p̃bat. nā ꝯns est falsum: vt pꝫ: ⁊ q̃libet premissarū est vera tā secūda q̃ p̃ma: vt pꝫ p exponētes. Nā aliqd aīal si est rudibile nō est hō: ⁊ nullū est aīal quin illud si est rudibile nō sit hō. patet etiā ex oīb⁹ suis singularib⁹: q̃rū quelibet est vera. Rūdet vt in p̃mo: q si totū ꝯditionatū distribuit: negatur maior: ⁊ tūc ad argumentū dico: q nō bene exponit. p̃mo q: est vlis negatiua: q̃ nō exponit. Secūdo q: nō debite assignat secunda exponēs: q̃ deberet eē ista: ⁊ nihil est aīal si est rudibile quin istud non sit hō qd est falsum: q: aliqd est aīal si est rudibile qd est hō. Nā hoc é hō demōstrādo hominē: ⁊ hoc est aīal si est rudibile: ergo ⁊c. Itē multe singulares sunt false: vt h̄ aīal si est rudibile nō est hō demōstrādo hominē q: debet sic resolui Hoc nō est aīal: ⁊ hoc é aīal si est rudibile. quarū prima est falsa. Si autē dicit in principio q distribuit solū prima pars ꝯditionati: tūc pꝫ q ꝯña nō valet: q: plus predicat in minori q̃z fuerit distributū in maiori. Ideo debuit sic argui: Oē aīal si est rudibile nō est hō: sed tu es aīal: ergo tu si es rudibilis nō es homo. Conceditur ꝯsequētia ⁊ ꝯsequēs. ¶ Notādū tm̃ q in predictis ⁊ ceteris modis oportet medīū terminū semper supponere precise pro eodē vel pro eisdē. Ideo nō valet iste syllogismus. Nullus hō est mulier: berta est hō ḡ berta nō ē mulier: q: minor debuit eē tal berta est aliqs hō: q̃ negat. ¶ Contra ceteros modos prime figure nō arguo: quia ex p̃dictis possunt elici obiectiōes ꝯtra alios modos sufficienter. Cōtra primū secūde figure arguit sic: Ista consequētia nō valet Omis deus substantia nō est: omis prima causa substantia est: ergo omis prima causa deus nō est: q: añs verū est: ⁊ ꝯns falsum: ⁊ tm̃ est syllogism⁹ in primo secūde. Rūdet q talis nō est syllogismus in primo secūde: q: talis debet fieri ex negatiuis de cōsueto modo loquēdi: ⁊ nō de inconsueto: qualiter fit in proposito. Negatiue enī sunt de inconsueto modo loquendi: ex quo predicatū precedit negationē precedit negationē. ꝫ bene sequeret Omnis deus nulla substantia est: omnis prima causa substantia est: ergo omis prima causa deus nō est. sed maior est falsa sicut ⁊ conclusio. hoc argumentū potest reduci ad oēs alios modos illi⁹ figure p trās positionē premissarū: aut p mutattionē q̃ntitatis. Cōtra primū tertie figure arguitur Iste syllogism⁹ non valet: Cuiuslibet hois asinus currit: cuiuslibet hois asin⁹ quiescit asinus quiescens est asinus currēs: quia in casu supior est antecedens verū ⁊ ꝯns falsum: ⁊ tm̃ est in p̃mo tertie figure. Dicit q nō est in darapti: q: sicut premisse fiunt ex recto ⁊ obliq̃: ita cōclusio debet fieri. ideo debet sic cōcludi: ergo asinus quiescēs est alicuius cuius est asinus currēs. vñ li asin⁹ non est pars subiecti in premissis: sed pars predicati: ideo debet poni in ꝯclusione. Cōtra secundū tertie figure arguit: Iste syllogismus nō valet: Omis hō vel asinus nō est homo: omnis hō vel asin⁹ est risibile: ergo risibile nō est hō: q: antecedens est verum vt patet ex suis exponētib⁹ vel singularib⁹ ⁊ ꝯsequēs est falsum. Rūdet q si in qualibet premissarū disiunctū totū distribuitur: quelibet illarū est falsa: ⁊ habet multas singulares falsas. Nā prime vniuersalis quelibet singularis est falsa: in qua demōstrat hō: ⁊ secūde quelibet singularis est falsa: ī qua demonstrat asinus: vt patet ex suis resoluentibus. Si autē non distribuitur totū disiunctum: sed prima pars solūmodo non arguitur tunc in secundo tertie: q: in tali modo oportet totū subiectū propositionis distribui qualiter nō sit in ꝓposito. Contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

alios modos huius figure specialiter non arguo primo: q: he due obiectiões ad oés alios modos pñt reduci. secũdo vt vite p̄lixitatẽ scripture faciẽtis tediũ in aio studẽtis. Et est finis obiectionũ ꝓtra summulas.

¶ Obiectiões ꝓtra materiã ꝓsequẽtiarũ.

POst sũmularũ obiectionũ declaratã notitiã seqt̃ vltimo vt in initio est p̄missũ: ꝓsequẽtiarũ rõnis fortificare materiã. Arguo igit̃ ꝓtra primã ⁊ principalẽ regulã: q̃ fuit ista: Cõsequẽtia bona est illa: cui⁹ ꝑdictoriũ ꝓñtis repugnat antecedẽti. Ex q̃ inferebat̃ alia: q ꝓña mala est illa: cui⁹ ꝑdictoriũ ꝓñtis stat cum antecedẽte.

¶ Contra arguit̃: si aliq̃ est ꝓña bona: ⁊ tũ ꝑdictoriũ ꝓñtis stat cũ antecedẽte: ḡ ambe regule false. Cõsequẽtia tenet: ⁊ antecedẽs pbat̃: Ista ꝓña est bona Tu credis precise q aliqs hõ decipit̃: ḡ aliqs hõ decipit̃: ⁊ tũ ꝑdictoriũ ꝓñtis stat cuꝫ añte: ḡ ⁊c. Prima pars antecedẽtis pbat̃: qm̃ seqt̃ Tu credis p̄cise q aliqs hõ decipit̃: ḡ tu credis p̄cise verũ: vel tu credis p̄cise falsum. Si tu credis p̄cise verũ: ⁊ tu credis p̄cise q aliqs hõ decipit̃: ḡ aliqs hõ decipit̃. Si tu credis p̄cise falsum: ḡ tu decipis. ⁊ tu es aliqs hõ: ḡ aliqs hõ decipit̃. secũda pars antecedẽtis i ꝗ casu cũ ꝗ q nullus ali⁹ a te decipiat̃. Isto posito: tu credis p̄cise q aliqs hõ decipit̃: ⁊ nullus hõ decipit̃: ḡ ꝑdictoriũ ꝓñtis stat cũ antecedẽte. primã partẽ antecedẽtis ponit casus: ⁊ secũdã pbo. Nã nullus alius a te decipit̃ p casuꝫ: nec tu decipis: ḡ nullus hõ decipit̃. Minorẽ pbo q: ei nõ detur oppositũ. Et arguit̃ sic: Tu credis p̄cise sicut est: ḡ tu nõ deciperis. ꝓña tenet: ⁊ añs pbatur. nã tu credis p̄cise q aliqs hõ decipit̃ p casum: ⁊ ita est q aliqs hõ decipit̃: q: tu deciperis p rñsionẽ: ergo tu credis precise sicẽ est. Rñdet̃ q ista ꝓña est bona: ⁊ q oppositũ ꝓñtis nõ stat cum antecedẽte: imo repugnat. Et admisso casu cõcedo istam Tu credis precise q aliquis homo decipitur: ⁊ nego istam Nullus homo decipit̃: quia cõcedo q tu deciperis tanq̃ꝫ sequens. sequitur enĩ Aliquis homo decipit̃: ⁊ nullus alius a te decipit̃: ⁊ tu es homo: ergo tu deciperis

¶ Ulteri⁹ ad argumẽtũ nego istã Tu credis p̄cise sicut est: ⁊ ad eius pbationẽ nego ꝓñaꝫ: tu credis p̄cise q aliqs hõ decipit̃: ⁊ est ita q aliqs hõ decipit̃: ergo tu credis p̄cise sicut est: sicut nõ sequit̃ Tu credis precise q aliqs homo currit: ⁊ ita est q aliqs homo currit: ergo tu credis p̄cise sicut est: vt posito q sortes currat: ⁊ plato nõ currat ⁊ credas precise platonem currere: isto posito: ẽ antecedens verum: ⁊ consequẽs falsum. sꝫ bene sequitur Tu credis precise q aliqs hõ currit: ⁊ ita est q ille quẽ p̄cise credis currere currit: ergo tu credis p̄cise sicẽ est. sed minor est falsa in secundo casu. Ita sequit̃ in ꝓposito Tu credis p̄cise q aliqs hõ decipit̃: ⁊ ita ẽ q ille quẽ credis decipi decipit̃: ergo tu credis precise sicut ẽ. ꝓña ẽ bona: sꝫ minor est falsa: quia in casu isto tu credis aliũ a te decipi. ¶ Notandũ q sub secunda regula ponebant̃ due alie regule: videlicet ex impossibili sequit̃ quodlibet. Et necessariũ sequit̃ ad quodlibet. Contra quas regulas arguit̃ sic: quia non sequitur Aliquis homo est asinus: ergo nullus hõ est asinus: ⁊ arguit̃ ꝑm ambas regulas: ergo ambe regule false. Tenet consequentia cum minor: ⁊ maior probat̃. Primo quia ex vno oppositoꝝ sequitur reliquũ. Secũdo quia contradictoriũ consequẽtis stat cũ antecedente eo q conuertit̃ cũ ipso. Ideo respõdet̃ q ista consequẽtia est materialis bona: ⁊ non est conueniens ex vno oppositorũ aliud inferri: dũmodo ipsuꝫ sit impossibile. nego tũ q oppositũ ꝓsequẽtis stat cũ antecedente. Et nego ꝓsequentiã oppositũ ꝓsequẽtis conuertit̃ cũ antecedente: ergo stat cum ipso. vnde dico q quelibet propositio mũdi sequitur ex illa Tu es asinus: ⁊ quelibet idẽ repugnat imo repugnat sibi ipsi: quia infert oppositũ simpliciũs.

¶ Prima regula est illa: Si alicuius ꝓsequẽtie ex ꝓtradictorio ꝓsequẽtis sequit̃ ꝓtradictoriũ antecedẽtis: illa ꝓña est bona. Ex q̃ inferebatur: q si alicuius ꝓsequẽtie ꝓtradictoriũ ꝓsequẽtis non est illatiuũ ꝓtradictoriũ antecedentis: illa consequẽtia nõ valet.

¶ Cõtra ambas regulas arguit̃ sic: Aliqua cõsequentia est bona: ⁊ tũ ex contradictorio cõsequẽtis nõ seqt̃ ꝓtradictoriũ antecedẽtis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

ergo ille regule false aīs pbat: illa ꝓna ē bona tu credis p̄cise q̄ oīs hō decipit: g̃ tu deciperis: ⁊ ex ꝗdictorio ꝓnītis nō seqt cōtradictoriū antecedētis: g̃ ⁊c. Prima ps aītis probat: q: seqt tu credis p̄cise q̄ oīs hō decipit: ergo tu credis verꝫ vel falsum. Si credis falsum: ergo tu deciperis. Si verū ⁊ tu credis p̄cise q̄ oīs hō decipit: ⁊ tu es hō: g̃ tu deciperis: ⁊ ista ꝓna ē bona. ¶ Secūda pars antecedētis principalis pbat: q: non sequit tu nō deciperis: ergo tu nō credis p̄cise q̄ oīs hō decipit pbat ⁊ pono q̄ tu credas precise q̄ oīs hō decipiat illo opposito ꝓnis est falsum p casum: ⁊ aīs verꝫ: pbatur si nō det oppositū. Et arguit sic: tu credis p̄cise q̄ oīs hō decipit: ⁊ ita est q̄ oīs hō decipit q: oīs hō nō tu: decipit per casum: et tu deciperis p rñsionem: ergo tu credis p̄cise sicut est: ergo tu nō deciperis qd̄ erat pbandū. ¶ Rñdendum est nō admittendo casum q: non est possibile q̄ tu credis p̄cise q̄ oīs hō decipit: nam sic sequitur q̄ tu deciperis vt est ostensum: vel ergo deciperis in credendo oēm hoīem decipi vel aliquid aliud vt q̄ hō est asinus: vel aliquod falsiz non p̄mū q: oēm hoīem decipi est verum: qd̄ est aliqd aliud ⁊ p ꝓnis tu non credis p̄cise q̄ oīs hō decipit: q̄ est oppositū vnius particule ⁊ casus. Ex eodem sequit q̄ non est possibile q̄ tu credas precise teipsum decipi: pbatur nam si credis p̄cise teipsum decipi: ergo deciperis: vel in credendo teipm decipis vel aliqd aliud: nō p̄mū q: teipsum decipi est verꝫ: ergo aliqd aliud ⁊ per ꝓnis tu credis p̄cise teipsum decipi. ¶ Secūda regula erat ista. Si alicuius ꝓnītie bone antecedens est verum cōsequēs est verum: et si antecedens est verū ⁊ ꝓnis falsum: illa cōsequentia nō valet. ¶ Contra arguitur sic possibile est q̄ aliqua ꝓnītia sit bona: ⁊ q̄ antecedens sit verꝫ ⁊ ꝓnis falsum: ergo regula falsa: ꝓnītia tenet ⁊ aīs probatur. Et pono q̄ illa ꝓnītia: tu es homo: ergo tu non es hō conuertat cum bona ꝓnītia antecedente et consequente significantibus vt prius. Casus est possibilis: q: ꝓna distinguitur ab antecedente ⁊ ꝓnte simul sumptis: q: eisdem superaddit noīa ꝓnītie. Admisso ergo casu: ista est bona tu es hō: ergo tu nō es hō: qa cōuertit cū bona ꝓnītia: ⁊ aīs est verꝫ ⁊ ꝓnis falsum: q: significato omnimode sicut p̄us ex casu: ergo ⁊c. ¶ Ideo dī q̄ argumētū verbaliter pcedit ꝗtra regulas ⁊ nō ꝗ ītellectū istaꝝ. Intelligit sic nāq̄z p̄ma. Si alicuius ꝓnītie bone significantis p̄cise iuxta compositionē suaꝝ partium aīs est verum ⁊ ꝓnis falsum: ꝓnītia nō valet: sed iam ī casu illa ꝓnītia prolata est bona non tamen significat iuxta compositionē suaꝝ partium: qa ponitur ipsam conuerti cum bona ꝓna antecedente ⁊ ꝓsequēte significantib? vt p̄us oīmode: vt ergo arguat cōtra regulam dz sumi hoc antecedēs: possibile est q̄ aliqua ꝓnītia sit bona significans p̄cise iuxta cōpositionez suaꝝ partū: ⁊ q̄ aīs sit verꝫ ⁊ ꝓnis falsum. Et hoc negat tanq̄z ī possibile. Istū modum intelligēdi ex significatione partiū ⁊ si nō explicite tamē implicite asserit quecunq̄z regla ꝓnītiaꝝ: contra quaꝝ quālibet pōt verbalr argui illo vl cōsili argumento nisi glosa p̄dicta regle verificēt. ¶ Tertia regla fuit ista: si alicuius ꝓnītie bone aīs ē necessarium ⁊ consequēs sil'r est necessariū ex qua inferebat q̄ si aīs est necessarium: ⁊ ꝓnis est contingēs: ꝓnītia nō valet. ¶ Cōtra istas reglas arguitur sic aliqua ꝓna est bona ⁊ aīs est necessarium ⁊ ꝓnis cōtingēs ergo regle false consequētiam tenet ⁊ antecedens probatur. Nam ista ꝓnītia est bona deus est: ergo hee est vera deus est: ⁊ aīs ē necessarium ⁊ ꝓnis contingens: ergo ⁊c. q̄ aīs est necessarium manifestum est q̄ ꝓnis sit contingēs probat. nam illa deus ē pōt ēē falsa: ⁊ ipsa ē vera: g̃ ipsam eē veram ē contingēs: ꝓnītia ē nota cum minori: ⁊ maior p̄batur ex hoc q̄ pōt ꝗuerti cum falso. Ideo probat principalē ꝓnītiam eē bonam: quia si non. Stet g̃ oppositum ꝓnītis cum antecedēte: ⁊ arguit sic: hec non ē vera deus ē: ⁊ ipa significat adequate deum eē: g̃ deum eē non ē verꝫ: ⁊ p ꝓnis deus non ē oppositiz alterius ptis. Rñdet q̄ illa ꝓnītia non valet deus ē: ergo hec ē vera deus ē: nisi adderet illa minor: ⁊ hec deus ē: significat adequate deum eē q̄ ē contingēs: ⁊ concedo q̄ oppositum consequentis stat cum antece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

dente: tūc cum ponit cū antecedēte admit to ⁊ cōcedo ista z deus est: ⁊ hec nō est vera deus est: ⁊ tūc ad argumētū hec nō ē vera deus est: ⁊ ipsa adequate significat deū eē: ergo deū eē nō est vex: nego minorē: q: repugnat duob⁹ ꝓcessis. Seqt deus est: ⁊ hec nō est vera deus est: ergo ipsa nō significat adequate deū eē: vñ in hoc argumēto ē obligatio: ⁊ nō apparet: cū enī dicit stet oppositū ꝓñtis cū antecedēte hec est vera positio implicite: ac si dicerez pono tibi istam de⁹ ē: ⁊ hec nō est vera deus est: que admittenda ē: ⁊ ꝓñter tenēdū ē vt ꝑus. ¶ Quarta regula erat ista: Si alicui⁹ ꝓñtie bone antecedēs est possibile ⁊ ꝓñs silr. Ex qua ē illatū q̄ si alicuius ꝓñtie añs est possibile: et ꝓñs ipossibile ꝓña illa nō valet. Cōtra istas regulas arguit sic ista ꝓña nō ē bona. Oīs propositio est affirmatiua: ergo nulla ppō ē negatiua: ⁊ añs est possibile ⁊ ꝓñs ipossibile: ḡ regule false: ꝓña tenet ⁊ añs ꝓbat ꝑ ꝑma pte. Nā oppositū ꝓñtis repugnat antecedēti: ergo ꝓña bona: ⁊ añs pz. Nā ista repugnant: oīs ppō est affirmatiua ⁊ aliqua propositio est negatiua: q̄ aūt añs sit possibile pz: q: possibile ē q̄ hec tu es sit oīs ppō sed nūc ꝓbat q̄ ꝓñs sit ipossibile: q: ipm nō pōt eē vex sic significādo ꝓbat: nā si posset eē vex: vel ergo ipo exñte vel ipo nō exñte nō ipso nō exñte: ⁊ q: si ista ppō nō eēt: nulla ppō ē negatiua: ipsa nō eēt vera nec falsa nec etiā ipsa exñte: q: ḡdiu ē ista ppō aliqua negatiua est ⁊ p ꝓñs semp falsum ē nullam negatiuā esse. ¶ Dicendū q̄ ista ꝓña est bona: Oīs ppō est affirmatiua: ḡ nulla ē negatiua ⁊ ꝓñs est possibile sicut añs ⁊ tūc ad argumentū ꝓñs non pōt esse vex sic significando: ergo ipm est possibile: nego cōsequentiā vnde multe ppositiones sūt possibiles: q̄ non possunt esse vere: vt oīs ppō est falsa nulla ppositio est vera hoc est falsū hoc non est vex seipso demonstrato: vt terminatum est in materia insolubilium. Etiā extra materiā insolubilium: vt hec non est vera deus est in mente: aut hoc non est demonstrando subiectū eiusdē ppōnis ad cuius defitionem desineret ppō illa: quelibet enim illax est possibilis ⁊ nulla ipsax sic significans pōt esse vera. ¶ Quinta regula fuit ista qcqd seqt ad añs seqt ad ꝓñs. Ex qua inferebant alie due: ꝑma qcqd antecedit ad añs añcedit ad ꝓñs. Scda a ꝑmo ad vltimū qñ oēs ꝓñtie intermedie sunt bone ⁊ formales ⁊ nō variate ꝓña est bona ⁊ formalis. ¶ Cōtra istas regulas arguitur sic Aliqua est ꝓsequentia bona ⁊ aliqd sequit ad ꝓsequens ipsius qd̄ non sequit ad antecedens ipsius: ergo iste tres regule false cōsequentia tenet ⁊ antecedens ꝓbat. Nā ista ꝓsequentia est bona quaternarius est: ergo binarius ē. si aliqd sequit ad ꝓsequēs qd̄ nō sequit ad añs: ergo ⁊c. ꝓña tenet qa ꝓtradictoriū ꝓñtis repugnat formaliter antecedenti. ⁊ minor ē ꝓbo: nā sequit binari⁹ est: ergo eius medietas ē ꝑcise vnitas: ⁊ tñ nō sequit a ꝑmo ad vltimū quaternari⁹ ē: ergo medietas eius ꝓrecise est vnitas: quia medietas quaternarij nō est vnitas sed binarius. Simile argumētū fit quadrupedale est: ergo bipedale ē bipedale est: ergo ei⁹ medietas est ꝓrecise pedale: ⁊ tñ nō sequit quadrupedale est: ergo ei⁹ medietas est ꝑcise pedale: q: medietas quadrupedalis ñ est pedale: ſz bipedale. Dicit q̄ regule iste tenēt extra materiā relatiuox ⁊ hoc ꝓpter mutationē significati vltimi ꝓñtis: ratione relatiui q̄ variat significatū ad variationē antecedentis: vnde aliud significat ista ꝓpositio eius medietas est vnitas ꝓñcta cū hac ꝓpositione: binarius est: ⁊ aliud significat cū ista quaternarius est. Cū ꝑma antē significat q̄ medietas binarij ē vnitas qd̄ est vex ⁊ cū ſcda significat q̄ meditas quaternarij est vnitas qd̄ est falsum. ¶ Intelligitur ergo sic ꝑma regula: Quicqd sequit ad consequens sequit ad antecedens manente ꝑma significatione: ⁊ q: vltimū cōsequens ratione relatiui nō pōt retinere primā significationē: ideo non est vex si nō sequitur ex primo antecedente: loco ergo ei⁹ ponatur vna ppositio significans idem cōuertibiliter sic arguendo quaternarius est ergo binarius est: binarius est: ḡ ei⁹ medietas est vnitas: ergo a ꝑmo ad vltimū quaternarius est: ḡ medietas binarij ē vnitas: ⁊ ita ī ſcdo arg⁹ debuit īferri q̄drupedale ē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

ergo medietas bipedalis est pedale ⁊ hanc ꝓcessi. ¶ Scda regla fuit ista. Si aliqua cõsequētia est bona: ⁊ aliqd stat cũ añte illud idē stabit cũ ꝓñte. Ex qua seqt alia. s. qcqd repugnat ꝓñti repugnat añti. ¶ Contra istas regulas arguit sic. Ista ꝓña est bona lignũ corrũpebat: ergo impossibile est illd eē ⁊ tñ hec aial est: stat cũ añte: ⁊ eadez nõ stat cũ ꝓñte: ergo regule false: ꝓñtia teneti ⁊ añs probat. Nã q illa ꝓña sit bona patet: quia qd semel corruptum est amplius eē nõ pōt: q aūt ista: aial est: stet cum añte patet: qm̃ hec simul stant lignũ corrũpebat: ⁊ aial ē: quia quelibet illaꝝ est vera. Sed iam pbatur illa: aial est: non stat cum antecedente: q: ista copulatiua impossibilis: animal est: ⁊ impossibile est illd esse. ¶ Respondet q ista ꝓñtia est bona: lignum corrũpebatur ergo impossibile est illd esse: ⁊ sicut ista aial est: stat cum antecedente: ita stat cum ꝓñte. Et cũ dicit ista copulatiua est impossibilis animal est: ⁊ impossibile est illud esse: veruz est: ergo ista aial est nõ stat cum ꝓñte: nego ꝓñtiam: q: secunda pars huius copulatiue non est ꝓñs ꝑme ꝓsequentie: nec secum cõuertibile: q: relatiuum habet alid et aliud significatum ꝓpter mutationez añtis: ⁊ si dicit: qũo ergo stat ista aial est cum ꝓñte: dicitur q nõ oportet ꝓiungere ipsam copulatiue sed sufficit q quelibet istaꝝ sit vera: vñ hec stant simul tu es hõ: tu es albus: licet ex eis nõ fiat copulatiua. Et si opponēs velit oino vnã copulatiuã detur ista. aial est ⁊ lignum corrũpebat ⁊ impossibile est illd eē referēdo semp li illud ad li lignũ illa copulatiua est vera: ergo ꝑma pars stat cum vltima. ¶ Septima regla fuit ista. Si aliqua ꝓña est bona scita a te eē bona ⁊ añs est a te concedendũ consequens eiusdem est concedendũ a te. Ex qua inferebat q si antecedens est ꝓcedenduz ⁊ ꝓñs negandum: non valet ꝓña. Contra istas regulas arguit sic ⁊ pono q istius ꝓñtie homo currit: ergo risibile currit añs sit tibi positũ ⁊ a te admissum: ꝓñs vo sit tibi deposituz: isto posito arguitur sic. Ista ꝓña est bona scita a te eē bona homo currit: ergo risibile currit: q: scis q arguitur ab vno conuertibili ad reliquũ añs est concedendũ a te: q: tibi est positum ⁊ ad te admissuz ⁊ ꝓñs negandũ: q: est tibi depositũ ⁊ ad te admissum: ergo regle false Ideo dicit admittendo casuz. Et ꝓcedo q huius ꝓñtie añs est ꝓcedendũ ⁊ ꝓñs negandũ ꝓpter argumētũ factũ: sed nego q ista ꝓña sit bona scita a me eē bona: qm̃ ex duobus ꝓcessis: seqt oppositũ illius. seqt enim añs est ꝓcedendũ a te ⁊ ꝓñs negādũ: ergo ista ꝓña non est scita a te esse bona. ¶ Ultima regula fuit ista. Si aliqua est ꝓña bona scita a te esse bona ⁊ añs est scituz a te. Ex q̃ seqt q si añs est scitũ a te ⁊ ꝓñs nõ est scitũ: nõ scit ꝓñtiã esse bonã. Cõtra istas reglas arguit sic: hec ꝓña est scita a te eē bona. hoc est nescitũ a te: ergo hoc est nescitũ a te: demõstrãdo ꝓñs p vtrũq: hoc: ⁊ añs est scitũ a te ⁊ ꝓñs nõ ergo regle false. ꝓña tenet ⁊ pbat ꝑma pars añtis: nã tu scis q ibi arguit ab vno cõuertibili ad reliquũ: ⁊ q oppositum ꝓñtis repugnat añti: ergo tu scis ꝓñtiã illã esse bonã: ⁊ scda pars añtis probatur. Nã ꝓsequēs est necessariuz: a te: ⁊ añs scis significare adequate q ipsum est nescitum a te: ergo antecedēs ē scitũ a te: ⁊ cõsequēs nescitũ: patet ꝓña. nã vel ꝓñs ē scitũ a te vl nescitũ: si ē nescitũ habeo intentũ: si scituz ⁊ ipsum adequate significat q hoc ē nescitũ a te demõstrãdo idē cõsequēs: ergo nõ consequens: nõ ē scitũ a te. Respondetur q ista consequentia nõ valet: hoc ē nescitũ a te: ergo hoc est nescitum a te: nec arguit ab vno conuertibili ad reliquum: nec oppositum consequentis repugnat antecedēti: q: antecedens non est insolubile: sed cõsequēs est insolubile significās hypothetice copulatiue q hoc est nescitum a te: ⁊ q hoc ē scitum a te: cuius contradictoriũ nõ est illud: hoc non est scitum a te: aut illud: hoc est scitum a te: sed illud nõ: hoc ē nescitum a te: significans disiunctiue: q hoc est scitum a te: vel q hoc non ē scitum a te: qd ē verũ ratiõe secunde partis. ¶ Eodē mõdo ad rationem vel ꝓñaz predictã: sicut ad istã hoc est falsuz: ergo hoc est falsũ: demõstrãdo cõsequens semp cõcedēdo tales cõsequentias: ⁊ dico eas nõ valere: q: consequens est insolubile falsum: ⁊ antecedēs ē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

propositio vera non insolubilis: quare ꝛc.

Regula ꝛ pticularium prima erat ista. Ab iferiori ad suu superius affirmatiue ꝛ sine distributõe ꝛ sine signo cõfusionis impediente ꝗna est bona. ¶ Contra illã regulã arguit sic: illa ꝗna non valet tu es apparẽs asinus: ergo tu es aliqual' asinus: ꝛ tñ arguit p regulã: ergo regla falsa: ꝗna pz cũ minori: qꝛ li apparẽs est terminꝰ inferior ad li aliquale: ꝛ maior pz: qꝛ añs est possibile: ꝛ ꝗns impossibile. Mã possibile ẽ q̃ tu apparens asinus: sed non est possibile q̃ tu sis aliqualis asinus: sicut non est possibile q̃ tu sis asinus. ¶ Respondet q̃ non arguit sm intellectũ regule q est ille. Ab inferiori ad suu supius rõne totius extremi sine impedimento p̃cedente est bonũ argumentũ: sed nõ arguit in ꝓposito rõne totiꝰ extremi: sed ptis solũmodo: qꝛ li apparens asinus nõ est terminus inferior ad aliqual' asinus: sed bene ad aliqualis apparẽs asinꝰ sicut li apparẽs ad li aliquale: vñ bene segꝯ tu es apparens: g̃ tu es aliqs: ita bene segꝯ tu es apparẽs asinꝰ: g̃ tu es aliqual' apparẽs asinꝰ: vñ cõsilẽs ꝗne in ceteris nõ valet: vt tu es pater sortis: g̃ tu es aliqd sortis: tu es dñs platonis: g̃ tu es aliqd platonis. ¶ Secunda regla erat ista. Ab inferiori ad suum supius distributiue nõ valet argumentum ¶ Cõtra istã regulã arguit sic. Ista ꝗna est bona nullus binarius ẽ: g̃ nullus numerꝰ ẽ: ꝛ arguit p regulã: g̃ regula falsa: tenet ꝗna cũ maiori: qꝛ oppositũ ꝗntis repugnat añti sez nullus binarius est: ꝛ aliqs numerꝰ est: nõ enĩ dat aliqs numerꝰ qn iste sit binariꝰ vel includẽs binariũ. Eodẽ mõ pót argui ĩ sili vt nulla ꝓpõ vera scit: g̃ nulla ꝓpõ scit: ꝗna est bona: qꝛ oppositum ꝗntis repugnat añti: ꝛ tñ arguit distributiue ab iferiori ad suum superius: ꝓpõ vera est terminus inferior ad li ꝓpõ: cũ oĩs ꝓpõ vera sit ꝓpositio ꝛ nõ econuerso: sic oĩs binarius est numerꝰ: ꝛ nõ econuerso. ¶ Ideo dicit q̃ regla non dicit nũq̃z valere ꝗntiã ab inferiori ad suũ superius distributiue: sed q̃ plurimum nõ valet formaliter: et nũq̃z de forma predicte ꝗntie formales sunt: qꝛ cuiuslibet earꝫ oppositum ꝗntis formaliter repugnat añti: sed non sunt bone de forma: qꝛ consiles in forma non valent: qꝛ non sequitur nullus numerus ternarius est: ergo nullus numerꝰ ẽ nec sequit nulla ꝓpositio vera videt vel intelligitur: ergo nulla ꝓpositio videtur vel intelligitur. Si ergo consequẽtie ille bone sunt: hoc est solum gratia materie: vnde ꝑma est bona gratia materie: qꝛ impossibile ẽ numerꝰ esse: ꝛ non esse binariũ: sed a sili tz gra materie vel terminorũ: qꝛ nihil scitur nisi verꝫ: nec est possibile aliquã ꝓpositõez falsam sciri. ¶ Tertia regla fuit ista. Ab inferiori ad suũ superius negatione postposita ꝛ cum debito medio est bonũ argumentum. ¶ Contra arguitur sic. Ista cõsequẽtia non valet sciens istã propositionem non est aliquid demonstrando istã: homo ast asinus: ꝛ ista propositio est aliqua ꝓpositio: g̃ sciens aliquã propositionem non est aliqd: ꝛ tamen arguitur per regulam: ergo regla falsa: consequentia tenet cum minori: ꝛ maior probatur. Nam antecedens est verum ꝛ consequens falsum: ergo ista consequentia non valet: q̃ antecedẽs sit verum: patet pro secunda parte: ꝛ pro prima similiter: qa suum contradictorium est falsum scilicet oẽ sciens istam propositionem est aliquid. ¶ Respondetur q̃ ista consequentia non valet nec arguitur cuz debito medio: quia subiectum prime propositionis debuit esse subiectuz secunde sic arguendo: sciens istã non est aliquid: ꝛ sciens istã est aliqd g̃ ꝛc. ꝛ tunc concedo cõsequẽtiã sed nego minorem. ¶ Notandũ circa hanc regulam q̃ si argueretur ab inferiori ad suũ superius distributiue negatione postposita non arguit sm regulam vt patet ĩ exemplo illo: omnis homo non currit: omnis homo est animal: ergo omne animal non currit. Intelligitur enim sic regula ab inferiori ad suum superius non distributum negatione postposita est bona consequentia. ¶ Quarta regula erat illa a superiori ad suum inferius affirmatiue ꝛ sine distributione non valet argumentum. ¶ Contra istam regulã procedunt argumenta facta contra regulam immediate procedentem: arguendo ex opposito consequentis ad oppositum antecedẽn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

tis vt aliquis numerus est: ergo binarius est aliqua ꝓpositio scit: erga ꝓpō vera scit sed arguit specialiter nulla ꝓna ē bona tu es aīal: ergo tu es hō: ⁊ tū arguit a supiori ad sui inferius affirmatiue siue distributiōe ḡ ⁊c. tenet ꝓna ⁊ aūs probatur: quū sequit tu es aīal: ergo tu es: a tertio adiacente ad secdm adiacens: tu es: ergo tu es tu. pz ꝓna q: oppositū ꝓntis formaliter repugnat antecedēti: ⁊ vltra tu es tu: ergo tu es hō: tenet. ꝓna p primā regulā ab iferiori ad suū superius affirmatiue ⁊ sine ipediměto: ḡ a ꝓmo ad vltimū si sequitur tu es animal ergo tu es hō. Ad hoc dicitur vt prius q quelibet istarū consequentiarū est bona ⁊ formalis: non tamē arguit contra regulā iplicite asserente q nulla talis sit bona de forma vnde cōsimiles in forma nō tenent: q: non sequitur aliquis numerus est: ḡ trinarius est aliqua propositio intelligitur: ergo propositio vera itelligit: nec sequit hoc est animal demonstrando asinum: ergo hoc est homo ¶ Quarta regula fuit illa a supiori ad suū inferi' distributiue affirmatiue non valet ꝓsequētia nisi cum debito medio. Cōtra arguitur sic ista cōsequentia est bona oē aīal currit: ḡ oīs hō currit: ⁊ tū arguit a supiori ad suū inferi' distributiue affirmatiue: sine debito medio: ḡ regula falsa ꝓna tz cum minori ⁊ maiore ꝑ pbo: cōtradictoriū consequentis repugnat antecedēti: ergo ꝓsequētia bona antecedēs pbat quū hic repugnāt oē animal currit: ⁊ homo non currit: q: ex ipīis sequitur impossibile vz homo non est aīal in quarto mō secunde figure ¶ Dicēdum q illa ꝓna est bona nō qdez formalis nec de forma non formalis: q: oppositū cōsequentis est imaginabile cū antecedente absq; ꝓtradictione nec etiā de forma quia aliqua sibi cōsimilis in forma nō valet: vt omne animal currit: ergo qlibet homo currit: sed est bona materialis seu gratia materie: q: ipossibile ē hoīez nō esse: tenet enim p hoc medū necessariū oīs homo est animal. Similiter seqtur gratia materie omne animal ē: ergo oīs hō est: q: ꝓsequēs est necessariū: seqtur etiā oīs homo est asinus q antecedēs est ipossibile simplicit: vnde nō est aliqua regula contra quā nō proceddit argumentū gratia materie q: aut antecedens est ipossibile: aut q: consequēs est necessariū: vel gratia alicuius alterius medij necessarij ⁊ medij vitabil: vt i pōb' ꝓntijs dictū est. ¶ Sexta regula fuit ista a superiori ad suū inferius negatione preposita distributiue superius ē bonū argumentum. Cōtra istā regulā arguit sic: ista cōsequentia nō valet: nō ꝓtingēter hō est animal: ergo non contingenter tu es aīal: ⁊ tamen arguit p regulā: ergo regula falsa: cōsequētia tenet probatur ꝑma ps antecedētis: q: antecedēs est verū ⁊ cōsequēs falsū: vt pz assignando suū contradictoriū hec enī est falsa contingenter hō est animal: ⁊ hec est vera ꝓtingēter tu es animal: ⁊ secunda ps antecedētis pbat: nā q hic arguat a supiori ad suū inferi' pz: ⁊ q negatiōe distribuēte manifestū est: q: remota negatione li hō nō staret distributiue: ergo p aduentū ei' stat distributiue: pz ꝓsequētia p istā regulā qcqd mobilitat imobilitatū imobilitat mobilitatū. ¶ Respondet q terminus aliqfi stat distributiue mobiliter qū ipm nō pcedit nisi vnū signū distributiuū: vt oīs homo est. Aliqū stat distributiue imobilr qū ipm pcedūt duo signa quoz vnū bz vim distribuēdi: ⁊ reliquū ꝓfundēdi ꝓsule tūn imobiliter q̄ ꝓpter dico q nō arguit ꝓtra intellectū regle q est iste a supiori ad suū inferius negatiōe ꝓposita distributie mobilr est bona ꝓna: sztū in ꝓposito nō distribuit nisi mobilr ꝓpter ipedimětū isti' termini ꝓtinter: q: nō lz descēdere vt argumentū in pte oīdit ꝓpter eandē regulā nō seqt: tu nō incipis ē c olor: at': ḡ tu nō icipis ē alb': q: exposito nō seqt oppositū v tc aplo patuit iceptiōis ⁊ tū arguit distributiue negatiue si ergo querit qd ipedit dico q illud verbuz incipit imobilitat eundē terminū quē distribuit precedens negatio: quare ⁊c.

¶ Obiectiōes ꝗ regulas quarti capituli.

Contra regulas quarti capituli sufficienter est argutum in materia insolubilium: specialioribus tamen medijs arguo: contra easdem: quarum prima fuit ista. Ab vli ad suam particularem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Pal. 25.3.3.13 (I)

